¶ Diſtinguit diuerſos modos ignorãtie h⁹. d. ꝙ (hec ãt) .ſ. ignorãtiã ſm diſpõnẽ (i his q̃ ſũt p̊) .i. i ꝓpõnib⁹ imediatis (aut) ſu. in his (q̃ nõ ſũt p̊ ꝯtingit dupl'r. aut cũ ſimpl'r accipiat eẽ) .i. affirmatiuã falſaʒ (aut nõ eẽ) .i. negatiuaʒ
B falſaʒ (aut cũ accipiat opionẽ) falſaʒ (ꝑ ſyll'm.) ¶ Dubitaret forte aliqs quot modos ignorantie diſtinxit h̃ phs. ¶ Dõʒ ꝙ i his paucis v̇bis phs dedit itelligere eẽ octo modos ignorãtie ſm diſpõnẽ. nã iſta ignorãtia vel hr̃ de ꝓpõnibus p̃mis ⁊ imediatis: vel de ſcõis ⁊ mediatis: ⁊ qõlʒ iſtoꝝ pt eẽ q̃tuor modis: q2 h̃ ignorãtia vel erit de affirmatiõe q2 credet eẽ qd nõ eſt. vl' d̃ negatiõe q2 credet nõ eẽ qd ẽ. Rurſuſ vl' hui⁹ d̃ceptio erit ſimpl'r accepta vl' hui⁹ falſa opio erit ꝑ ſyll'ʒ cãta. octo ğ erũt d̃ceptiões. nã ſi aliqd diuidit̃ p̊ i duo mẽbra ⁊ qõlʒ illoꝝ duoꝝ diuidit̃ i duo ſi adhuc qõlʒ diuidit̃ i duo d̃ neccitate erũt octo. talẽ ğ modũ ſuauit phs. nã ignorãtiã diſpõnis p̊ diuiſit in duo. d. ꝙ talis ignorãtia pt fieri in his q̃ ſũt p̊ ⁊ i his q̃ ñ ſũt p̊. Rurſus qõlibʒ iſtoꝝ diuiſit i duo innuẽs ꝙ tã i his q̃ ſunt p̊ q̃ʒ in his q̃ nõ ſũt p̊ põt fieri deceptio ꝑ eſſe ⁊ ꝑ nõ eẽ. 3° adhuc qõlʒ diuiſit in duo innuẽs ꝙ tã in his q̃ ſũt p̊ q̃ʒ in his q̃ nõ ſunt p̊ taʒ in ꝓpõnibus affirmatiuis q̃ʒ ne
C gatiuis põt fieri deceptio vel ſimpl'r accepta vel põt fieri talis falſa opio ꝑ ſyll'm cãta. ¶ Notãduʒ ꝙ ſicut duplex ẽ habit⁹ cognitiuus. vʒ. itell's ⁊ ſcia ſic duplex ẽ modus ignorãdi. vnus q opponit̃ itellectui vt cũ qs errat circa ꝓpõnes p̃mas ⁊ imediatas. ⁊ aliuſ q opponit̃ ſcie vt cũ qs errat circa ꝯcl'ones ⁊ propõnes mediatas. iõ ſignãter ait ꝙ in his q̃ ſunt p̊ ⁊ ĩ his q nõ ſũt p̊ põt accidere ignorantia ⁊ deceptio. ¶ Dubitaret forte aliqs adhuc vtruʒ D
in his q̃ ſunt p̊ poſſit accidere ignorantia ⁊ d̃ceptio. ⁊ vr̃ ꝙ nõ. nã talia q̃ ſũt p̃ncipia ⁊ q̃ ſunt p̃ma ⁊ imediata ſũt ſicut locus ianue in domo quã nullus ignorat vt vult cõmen. ſupra 2° meta. ğ circa talia nõ poteſt error accidere. ¶ Preterea dr̃ in l'ra ꝙ in talibus põt accidere deceptio ꝑ ſyll'm. Cõtra ad p̃ncipia nõ eſt rõ vt dr̃ in .6. ethicoꝝ. ꝑ rõnẽ igit̃ vel ꝑ ſyll'm nõ põt circa p̃ncipia accidere deceptio. ¶ Dõm ꝙ p̃ncipia ſũt nota in ſolo lumie itell's agẽtis ſtatim cũ offerunt̃ itellectui itell's aſſentit eis. iõ principia oĩno p̃ia nullus negat directe ⁊ corde. põt autẽ qs negare ore vel indirecte. nã indirecte vno mõ negant̃ talia principia qñ cũ ex̃nea ſignificatiõe negãtur: vel nõ recte app̃hendit̃ ſignificatũ eoꝝ ſicut Heraclitus negabat de quolibʒ affirmatio. q2 credidit ꝙ res eẽt in tãto fluxu ꝙ cũ diceret̃ aliqd affirmatiue ſtatim ꝑꝑ fluxibilitatẽ rei poſſʒ dici negatiue nõ ğ directe negauit veritatẽ p̃ncipij. q2 hoc ipſo ꝙ ꝑꝑ fluxibilitatẽ rei dicebat ſtatim poſſe negari qd p̃us fuerat affirmatũ nõ ponebat ꝯ̃dictoria verificari ſil. alio mõ negant̃ p̃ncipia idirecte qñ nõ negant̃ i ſe ⁊ principal'r: ſed negantur negatis alijs ⁊ ex ꝯñti. hoc modo qcũqʒ dicit aliqd falſum ponit ꝯ̃dictoria verificari ſimul. q2 ponit nõ eẽ qd eſt vel eẽ qd nõ eſt. dicamus ergo ꝙ p̃ncipia q̃dã dr̃ ſimpl'r p̃ma q̃ nullo mõ poſſunt probari per p̃ora in aliq̃ ſcia: ⁊ h̃ ſunt dignitates ⁊ cões animi cõceptiões ⁊ talia poſſunt negari ore ⁊ nõ corde: vel ſi negant̃ corde hoc eſt indirecte: vel q2 negantur non plene intellecta ſignificatione terminorũ: ideo dicebatur ſupra ꝙ p̃ncipia cognoſcimus inq̃tũ terminos cognoſcim⁹ cognita. n. ſignificatiõe terminoꝝ ſtatim principijs aſſentimus: ſed nõ itellecta terminoꝝ ſignificatiõe non ẽ incõueniẽs p̃ncipia negare. p̃ncipia ğ ſi negantur corde hoc eſt indirecte vel cũ extranea ſignificatione vel eſt idirecte q2 non negant̃ in ſe ſed negant̃ principiata vel concluſiones quibus negatis ꝯñs eſt ꝙ negentur principia nam ſi concluſio non eſt nec premiſſe ſunt. falſum eniʒ ex veris concludi nõ põt. pʒ ğ q̃ mõ põt accidere deceptio circa p̃ncipia ſimpl'r p̃ma que vocamus cões animi conceptiones: ſed ſi non ſint ſimpl'r p̃ma ſʒ ſint p̃ma in aliqua ſcia tunc non eſt incõueniẽs ꝙ que ſunt p̃ma in vna ſcia ꝓbentur in alia. vt de puncto ad punctũ rectã lineã ducere. eſt p̃ncipium in geometria. ꝓbatur tñ hoc .l. 6. phyco. circa ea igit̃ que ſunt ſic p̃ma nõ eſt icõueniẽs d̃ceptionẽ accidere. ¶ Quod vero vlterius q̃rebat̃ vtrũ poſſit accidere error circa p̃ncipia ꝑ rõnem. Dõʒ ꝙ ſicut p̃ncipia non poſſunt ſimpl'r probari. ita non poſſunt ſimpliciter improbari. nã ſicut nihil eſt notius principijs in ſua veritate ſic nihil ẽ notius oppoſitis p̃ncipioꝝ in ſua falſitate. ſicut eñi p̃ncipia nihil habẽt verius ita eoꝝ oppoſita nihil falſius. quicũqʒ. n. ratione vel ſyllogiſmo cogitur negare aliquam veritatem hoc eſt q2 per rõnem aliquam quã fingit intra ſe vel quã alius ſibi facit ducit̃ ad aliqd inconueniẽs. oporteret igitur ꝙ eſſet maius incõueniẽs illud ad quod ducitur q̃ʒ ſit negare p̃ncipia quod eſſe nõ poteſt. imo ſimpl'r p̃ncipia ꝓbari non poſſunt nec improbari ſʒ nõ eſt incõueniẽs ea ꝓbare huic vel etiam improbare. hoc ergo modo poteſt aliqs negare p̃ncipia per rationem q2 hʒ aliquam rõnem quaʒ neſcit ſoluere ꝓpter quã negat aliquã manifeſtã veritatẽ ſicut multi phoꝝ negauerũt motũ neſcientes ſoluere rõnem illam ꝙ ſi eẽt dare motum ꝙ eſſet dare vacuum. nam corpus motum

vt arguebant oportet q recipiatur vel i pleno vel in vacuo in pleno nō. qꝛ tunc eſſent duo corpora in eodez. ḡ in vacuo. neſcientes igitur quidaz phi hāc rationem ſoluere negauerunt motum ne ponerent vacuū non aduertētes q hec rō nihil arguit de motu circulari nec etiā probat de motu recto: qꝛ pōt mediuz cedere corpori mobili ita q nec erit dare vacuū nec erit dare duo corpora in eodem ſimplr. ergo pncipia nec probantur nec improbanť ſed huic non eſt incōuenlens ea probari vel iprobari pp quod non eſt incōueniēs q aliq a rōne aliqua perſuaſus neget aliquod principium vel aliquam ǭ̄clūcūq manifeſtam veritatem. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Simplicis igitur opionis ſimplex deceptio ſed que eſt per ſyllogiſmum plures ſunt.

Argir. ¶ Simplicis igitur exiſtimatiōis: ſimplex ē error: cuius āt q̄ p rōcinationē efficiť plures.

¶ Poſtq̄z diſtinxit eſſe duplicem deceptionē. vnā ſimpliciter aliam per ſyllm. dat dñiam inter deceptionē hanc ⁊ illam. Circa quod duo facit. qꝛ primo facit quod dictum eſt. 2° determinat de vnaquaq̄z tali deceptione ibi (Non ſit. n. a.) Dicit ergo q (ſimplicis qdē igiť opinionis ſimplex eſt deceptio ſʒ que eſt per ſyllogiſmuz plures). q. d. hanc eſſe dñiam inter ignorantiā ſimplicem ⁊ per ſyllm qꝛ ignorantia ſimplex ſimplr fit. i. vno mō videlʒ cuz quidem nulla rōne perſuaſus negat aliquaz veritatem vel opinatur aliquā falſitatez. ſʒ ignorantia p ſyllm fit multis modis: qꝛ multi poſſunt fieri ſylli ⁊ multe rōnes ꝯcludētes aliq̄z falſitatē. ¶ Notandū aūt q ſimplex ignorantia nō per ſyllogiſmū facta poteſt eſſe ⁊ diſpoſitionis ⁊ negationis. naz ⁊ aliquis ſciēs in aliqua ſciētia poteſt hēre aliquā ignorātiam nō per ſyllm ſed qꝛ ſimpliciter adheret alicui falſitati de ignorantia autem negationis q ſit ſimplex ⁊ ſine ſyllō non habet dubium. ¶ Deinde cuz dicit.

¶ Non ſit. n. a. in nullo. b. indiuidualr igitur ſi ſyllogizaretur. a. eſſe in. b. medium accipiēs c. deceptus erit per ſyllogiſmum.

Argir. ¶ A naq̄z ſine medio nulli cōpetat b. Si igitur quiſpiā ꝯcludat a. cōpetere ipſi b. ſumpto medio c. deceptus erit ſane p rōcinationē.

¶ Exequiť de vtraq̄z ignorātia. iō duo facit. qꝛ pmo exequtur de ignorantia ⁊ etiam de deceptione per ſyllm. 2° de ignorantia ⁊ de deceptione ſimplici ⁊ potiſſime de deceptione ſimplicis negationis ibi (Manifeſtū aūt ſiqs ſenſus. Circa pmū duo facit. qꝛ pmo determinat de hꝰ deceptiōe put p ſyllm hʒ fieri in ppōnibus idiuiduis ⁊ immediatis. 2° put hʒ eſſe in ppōnibꝰ mediatis ibi (In his āt q̄ ſūt nō idiuiduas) pma in duas. qꝛ p̄ pbat q pōt accidere ignorantia per ſyllm circa ppōnes idiuiduas. 2° exequiť de modis talis ignorātie oñdēs quot modis pōt ignorātia talis accidere ibi (Cōtingit qdē) Dicit ḡ q (nō ſit. n. a in nullo. b. idiuidualr) vt puta qꝛ nlla ſuba ē q̄titas (igiť ſi ſyllogiceť eē. a. in. b.). i. ſi pbet p ſyllm oēm ſubaz eſſe q̄titatē (accipiēs mediū. c.) vt puta q̄litatē (deceptus erit per ſyllogiſmū.) Formeť ergo ſic ſyllꝰ. oē. c. eſt. a. i. ois q̄litas ē q̄titas omne. b. eſt. c. i. ois ſubſtātia eſt q̄litas ergo oē b. eſt. a. i. ois ſuba eſt q̄titas. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Contigit quidem igitur vtraſq̄z ppoſitiōes falſas. contingit autē alteram tantum.

Argir. ¶ Atq̄z fieri pōt vt ambe ppoſitiōes ſint falſe: ⁊ etiam altera tantum.

¶ Oſtēdit quot modis pōt accidere talis deceptio ⁊ talis ignorātia circa ppōnes indiuiduas. Propter qd̄ ſciēduz q propoſitio indiuidua eſt duplex. affirmatiua ⁊ negatiua. decipi ergo per ſyllm circa tales propoſitiones ⁊ cōcludere earum oppoſitum erit duplr: vel qꝛ concludiť affirmatiua falſa oppoſita negatiue imediate vere: vel qꝛ econuerſo: vt qꝛ cōcluditur negatiua falſa oppoſita affirmatiue immediate. Duo ergo facit ſm q de his duobus exequitur ibi (Que vō eſt ipſius non eſſe.) Propter primuz ſciendū q falſum non pōt concludi niſi p falſum cōcludere ergo affirmatiuam falſam oppoſitam negatiue vere concludetur per pmiſſas falſas. vel hoc ergo erit p ambas falſas vel per alteram tm̄. duo ergo facit: qꝛ primo continuat ſe ad dicēda. 2° exeqtur de intento ibi (Si enim. a.) Continuat ergo ſe primo ad dicēda. d. q ꝯtingit qdē igiť vtraſq̄z ppōnes eſſe falſas) p quas ſͣ. cōcluditur affirmatiua falſa oppoſita negatiue vere immediate Contingit aūt alterā tm̄). i. cōtingit hoc idē fieri per alteram premiſſam falſam. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Si. n. nec. a. i nullo. c. erit neq̄z. c. i nllō. b. accepta āt ſūt ecōtrario vtraq̄z vtreq̄z erūt falſe.

¶ Nā ſi neq̄z a. cuiq̄z c. cuiq̄z cōpetat b. vtrūq̄z aūt interuallum econtra ſitumptū: ambe propoſitiones erunt ſine dubio falſe. Argir.

¶ Exequitur de intento. Circa qd̄ duo facit. qꝛ primo facit qūo poteſt talis affirmatiua concludi per vtrāq̄z premiſſam falſam. 2° qūo per alterā tantū ibi (Sed alteraz) pmaz in duas: qꝛ pmo oñdit qūo talis affirmatiua pōt concludi per ambas pmiſſas falſas totaliter. 2° qūo per ambas falſas in parte ibi. (Poteſt autē. c.) dicit ergo q (ſi. n. a.). i. maior extremitas ſiue ſi predicatum (nec erit in nullo. c.). i. in nullo medio (nec. c). i. nulluz mediuz (in nullo. b). i. in nulla minori extremitate (accepta autē fuit vtraq̄z econtrario.). i. accipianť vtraq̄z affirmatiue (vtreq̄z falſe erunt) ſͣ. ⁊ concluſio falſa. ¶ Notanduz autem q per. a. ⁊. b. intelligit predicatum ⁊ ſubiectum ſiue itelligit maiorem ⁊ minorem imediatā. per. c. intelligit medium p qd̄ dēbeat fieri ꝯcluſio: vtputa ſi per. a. itelligatur q̄titas p. b. ſuba. p. c. qualitas: qꝛ nullū iſtorum eſt in aliquo ipſoꝝ ſi accipiantur oēs ppōnes affirmatiue erunt ambe pmiſſe totaliter falſe ⁊ ꝯcludēt affirmatiuā falſaz. Formabiť. n. ſic ſyllꝰ. ois q̄litas eſt q̄titas. ois ſuba ē q̄litas. ḡ ois ſuba ē q̄titas. hic. n. ſunt ambe pmiſſe falſe totalr ⁊ cōcludūt affirmatiuā falſam oppoſitam negatiue indiuidue vere. nulla ſuba eſt q̄titas. ¶ Deide cū dicit.

¶ Poſt autē ſic ſe habere. c. ad. a. ⁊ ad. b. ⁊ q c. neq̄z ſub. a. ſit: neq̄z vniuerſaliter in. b. b. quidez impoſſibile eſſe eſt i toto aliquo. Primū enim dictum eſt in ipſo. b. non eſſe. a. a. autem non neceſſe eſt omnibus que ſunt. c. ineſſe vniuerſaliter. quare vtreq̄z falſe ſunt.

¶ Fieri nāq̄z pōt vt c: ſic ſe habeat ad extremū vtrūq̄z: vt neq̄z ſubijciať a: neq̄z vniuerſaliter cōpetat ipſi b. etenim b. quidē fieri nō pōt: vt in toto quopiā ſit: naz a: primo remouebať ab ipſo. a vero non neceſſe eſt vniuerſaliter cunctis q̄ ſunt ineſſe: q̄re ſit āb ppōnes ſint falſe. Argir.

¶ Oñdit qūo pōt ꝯcludi talis affirmatiua falſa p ambas pmiſſas falſas nō totalr. ſʒ hoc ḡ nō mutabiť nec. a. nec b. ſiue nō mutabiť ſubm ⁊ pdicatū itelligemus p. a. q̄titatē. p. b. ſubaz vt pus: ſʒ mutabiť. c. i. mutabiť mediuz accipieť eni tale. c. ſiue tale mediū qd̄ nec vlr erit ſub. a. vlr pdicabiť de. b. dz ḡ accipe tale mediū qd̄ ſit d differē

the entis. cuiuſmodi ſunt pfectū ⁊ impfectū actus ⁊ po⁹ralis. n. ſunt in oī pnto. ē. n. dare ſubam in actu ⁊ in po⁹ pfectā ⁊ impfectā. ſic ēt reperiunt̄ iſte in q̄ntitate ⁊ q̄litate. ſi g̃ accipiat̄ aliqđ iſtoꝝ ꝑ medio: vtputa ſi accipiat̄ impfectū. tale. n. mediū nō vlr ↄtinet̄ ſub. a. i. ſub q̄ntitate. qꝛ nō oē ipfectū ē q̄ntitas. nec vlr p̄tur de. b. i. de ſuba: qꝛ nō ois ſuba eſt impfecta. iō ait. q (pōt aūt. c.) i. mediū: vtputa ipfectū (ſic ſe hēc ad. a. ⁊ ad. b.) i. ad q̄ntitatē ⁊ ad ſubſtātiā. i. (q nec ſit ſub. a.) i. ſub q̄ntitate vl'r ſu. (nec vlr ſit in. b.) i. in ſuba. ⁊ ſubdit q (. b. qdem) i. ſuba (ē ipoſ'e eē in toto aliquo). q. d. q bn̄ pōt ↄtigere q. c. i. impfectū nō p̄dicet̄ vlr de. b. i. de ſba. ⁊ nō ſit genus ad ipm qꝛ poſitū ē q. b. nō ſit in aliq̄ toto. i. in aliq̄ gn̄e. q̄re aūt h̄ poſitum eſt pꝫ p illud qđ dictū ē (qꝛ dictū eſt. b. nō. eē. in. a. p̄ᵐ) q̄re nec. b. nec. a. erūt in aliquo gn̄e. i. in aliquo toto: qꝛ tūc nō facerēt ꝑpōnē negatiuā p̄mā ⁊ imediatā. illđ g̃ qđ acceptū ē pro medio nō p̄bit̄ de. b. i. de ſuba nec ēt de hꝯ medio opꝫ q vlr p̄dicet̄. a. ideo ait. q (. a. aūt nō necē ē ineē vlr oibꝰ q̄ ſunt.) vn̄ nō enīꝫ necē eſt q oē impfectū ſit. a. g̃. c. i. impfectū qđ acceptuꝫ ē pro medio nec p̄dicat̄ de. b. i. de ſuba nec vlr ſubijcit̄ ipſi. a. i. q̄ntitati (quare vtreq) p̄miſſe (falſe ſunt) in parte nō totaliter. Formabit̄ enim ſic ſyll'a. oē impfectuꝫ eſt q̄ntitas. ois ſuba eſt impfecta. g̃ ois ſuba ē q̄ntitas. q̄libet. n. haꝝ p̄miſſaꝝ eſt falſa in pte. nam aliqđ ipfectū eſt q̄ntitas aliqđ nō ē q̄ntitas. ſic ēt aliq̄ ſba eſt impfecta aliq̄ nō impfecta. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed alterā cōtingit verā accipere. Nō tamē quālibet ↄtingētē. ſed que eſt. a. c. nā. b. c. propoſitio ſemper erit falſa. ꝑpter id qđ. c. in nullo eſt. b. ſed que eſt. a. c. pōt: vt ſi. a. in. b. ⁊ in. c. indiuidualiter eſt. cum enim predicetur idē primum de pluribus neutrum in neutro erit.

Argūr. ¶ At fieri quoq; poteſt vt altera vera ſumatur non tamē vtrauis: ſed. a. c. nā propoſitio. c. b. ſemper erit falſa: qꝛ in nullo eſt ipſum. b. Sed a. c. vera eſſe poteſt veluti ſi. a. ſine medio competat quidem ipſi. c. non competat autem ipſi b. Cum enim idem primo de pluribus quouis dicitur modo: neutrum erit in altero.

¶ Oſtēdit qūo pōt ↄcludi affirmatiua falſa p alterā p̄miſſam falſaꝫ ⁊ alterā verā. Circa qđ duo facit: qꝛ p̄ facit qđ dictū eſt. 2° remouet q̄ſdā obiectiones que pñt ex habitis hic oriri ibi (Differt aūt nihil) dicit g̃ q. (Sed alterā ↄtingit verā accipe. nō tn̄ q̄libet ↄtingētē) i. indifferētē. q. d. q hec ꝑpō affirmatiua falſa. vꝫ. oē. b. ē. a. i. ois ſuba ē q̄ntitas: vel q̄cūq; alia ꝑpō affirmatiua falſa oppoſita negatiue indiuidue vere. talis aūt ꝑpō pōt ↄcludi p alterā premiſſarū verā. ita tn̄ q. b. c. i. minor ſemp erit falſa. ſi autē erit aliq̄ p̄miſſa vera illa erit. a. c. i. maior. iō dicit q (q̄ eſt a. c.) ſu. pōt eē vera (nā. b. c. ꝑpō) i. minor (ſemp erit falſa ꝑp id qđ in nullo eſt. b.) i. ꝑp id qđ non ē in aliquo toto. iō minor ſemp erit falſa (ſꝫ q̄ ē. a. c.) i. maior (pōt) ſu. eē vera. vt ergo i terminis ſp̄alibꝰ fiat qđ hic dicit̄ nō mutabimus nec. a nec. b. ſed p. a. itelligimꝰ q̄ntitatē p. b. ſubſtātiā. mutabimus aūt. c. in mediū. accipiemꝰ. n. aliqđ ꝑ medio qđ imediate ſit ſub q̄ntitate: vtputa numerus. nā q̄ntitas imediate diuidit̄ in ↄtinuū ⁊ diſcretū. q̄ntitas g̃ imediate p̄dicat̄ de ſuba falſe: qꝛ ſua oppoſita eſt imediate vera. Rurſus q̄ntitas imediate p̄dicatur de nūo ſed vere. a. ergo. i. q̄ntitas in duobꝰ eſt imediate. vꝫ. in. b. ⁊ in. c. i. in ſuba ⁊ in nūo. ſꝫ in vno negatiue ⁊ in alio affirmatiue. vel in vtroq; affirmatiue: ſꝫ in vno falſe ī alio vere. nā iſta eſt imediate falſa. ois ſba ē q̄ntitas. ⁊ iſta imediate vera. ois numerus eſt q̄ntitas. ſi g̃ idē. a. i. eadē q̄ntitas p̄dicat̄ indiuidual'e de. b. ⁊ de. c. i. de ſba ⁊ de nūo. ita tn̄ q de vno p̄dicat̄ falſe ⁊ de alio vere. vel ita tn̄ q de vno p̄dicatur idiuidual'r affirmatiue: ⁊ de alio idiuidual'r negatiue opꝫ q neutꝝ ſit in neutro. i. q. b. nō ſit in. c. nec ecōuerſo. minor g̃ q̄ ē. b. c. ſemp erit falſa. iō ait. q (ſi. a. ē indiuidualiter in. b. ⁊ in. c.) i. in ſuba ⁊ in nūo alterū ⁊ alr'qꝫ i vno affirmatiue in alio negatiue. vel ſi in vtroq; dicat̄ eē affirmatiue in vno erit idiuidual'r falſe: in alio idiuidual'r vere: ⁊ qꝛ ſic ē (cū. n. idē) i. cū eadē q̄ntitas (p̄dicet̄ p̄ᵐ) i. immediate de plibus. i. de. b. ⁊ de. c. ſiue de ſuba ⁊ de nūo: qꝛ de vno p̄dicatur indiuidual'r vere de alio idiuidual'r falſe (neutꝝ in neutro erit) i. a. non erit in. b. i. ſuba non erit nūs. ꝑpō ergo. b. c. i. minor falſa erit. a. c. vero. i. maior erit vera ſic ſe hn̄tibꝰ terminis. formabit̄. n. ſic ſyll'a. oē. c. eſt. a. i. ois ſuba eſt q̄ntitas. oē. b. eſt. c. igit̄ ois ſubſtātia ē numerus. g̃ oē. b. eſt. a. i. ois ſubſtātia ē quātitas. hic eni ↄcludit̄ affirmatiua falſa oppoſita negatiue idiuidue vere. p maiorē verā ⁊ minorē falſaꝫ. ¶ Notādū aūt q aliq exponūt h̄ dictū phi in terminis dicētes q dꝫ accipi. a. eē indiuidual'r in. b. ⁊ in. c. ſicut accipit̄ genus eē indiuidualiter in duabꝰ ſpēbus vt color in albedine ⁊ nigredine ſꝫ quē modum color erit ibi. a. i. maior extremitas albedo b. i. minor ⁊ nigredo. c. i. mediū: habebit eniꝫ ſyll's maiorem verā ⁊ minorē falſam: ſꝫ nō habebit ↄnem falſaꝫ de qua p̄ncipal'r hic intēdit̄. vult. n. phs oſtēdere qūo poſſit affirmatiua falſa ↄcludi ⁊ tal'r falſa q ſit oppoſita negatiue idiuidue vere. ita tn̄ q fiat ↄ p maiorē verā ⁊ minorē falſaꝫ ois aūt iſta obſeruātur in terminis p̄us poſitis. nō autē obſeruātur in terminis. 2° poſitis. ⁊ q debeat ſic exponi textus q. a. dꝫ accipi idiuidual'r in. b. ⁊ in. c. nō aūt q in ambobus ſit affirmatiue ⁊ vere ſicut ē genus i duabus ſpēbus: ſed q in vno ſit indiuidual'r falſe in alio indiuidualiter vere vel in vno idiuidualiter negatiue in alio indiuidual'r affirmatiue. pꝫ p cōmētatorē Auer. exponētem hāc l'ram. Sed eſt aduertendū q vbi nos hēmus. c. ipſe hꝫ. g. vn̄ ait. q poſ'e ē q ſit maior vera ⁊ minor falſa: qm̄ poſſibile eſt vt ſit. a. cōprehendens. g. ⁊ negatū ſit ab ipſo. b. negatione primo. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Differt āt nihil neq; ſi nō idiuidual'r inſit.

¶ Nihil aūt itereſt ⁊ ſi nō ſine medio cōpetat. Argūr.

¶ Remouet q̄ſdā obiectiones q̄ poſſent fieri circa p̄dicta. he aūt ſunt due ſcđa ibi (Ipſius qdē igit̄) Prima obiectio talis eſt. poſſet. n. aliqs dubitare vtꝝ hoc mō quo ↄcluſa eſt affirmatiua indiuidual'r falſa. i. imediate falſa poſſit ↄcludi affirmatiua falſa non indiuidua: ſꝫ media. Ad qđ r̄ndet q (dꝛt aūt nihil neq; ſi non indiuidual'r inſit) ſuperabūdat igit̄ negatio ſicut multotiēs eſt ↄſuetudo phi. q. d. q ita bn̄ concludet̄ affirmatiua falſa non indiuidua ſic̄ indiuidua: ⁊ ita bn̄ p p̄miſſas nō idiuiduas ſic̄ p idiuiduas. accipiebant̄. n. p tria gn̄alius q̄ntitas ⁊ q̄litas. ⁊ ſic habent due p̄miſſe affirmatiue indiuidue falſe. ⁊ concludebant affirmatiuā idiuiduā falſaꝫ. iſto ēt mō poſſent accipi tres ſpēs homo linea albedo. vt ois albedo eſt linea. ois homo eſt albedo. ergo ois hō eſt linea. hic autē ſunt ambe p̄miſſe falſe. ⁊ ſunt nō indiuidue. ⁊ g̃ ē affirmatiua falſa ⁊ nō idiuidua. ſic ēt diſcurrēdo p oēs alios modos poſſent accipi ꝑpōnes nō idiuidue. vn̄ nihil differt ſi nō idiuidual'r accipiant̄ tales ꝑpōnes. oibꝰ. n. modis qbus ↄcluſuꝫ ē ſōm ex falſis idiuidual'e poterit ↄcludi nō indiuidual'r: ⁊ i ꝑpō qn̄ accepta fuit q̄ntitas in eē ſube indiuidual'e negatiue ⁊ nūo idiuidual'r affirmatiue ſi loco ſube accipiat̄ hō: de quo quātitas nō negat̄ imediate ⁊ loco numeri accipiat̄ denarius numerus de quo q̄ntitas nō ime

diate ꝑtur idē fiet qḋ primo.non ẽ refert accipere indiui/dualiter vel non indiuidualr̄.℃ Deinde cum dicit.

℃ Ipſius quidem igitur eſſe deceptio per iſtā figuram ⁊ ſic fit ſoluꝫ. Non enim erit in alia figura ipſius eſſe ſyllogiſmus.

Argir. **℃ Deceptio igiť eſſendi: ꝑ hec atqꝫ hoc mō fit ſolū: nō.n.alia in figura rōcinatio erat eēndi.**

℃ Remouet 2ᵐ obiectionē.poſſet.n.aliqs dubitare hanc ignorātiā ſiue hāc deceptionē prout qꝫ ꝑ ſyll'm credit aliquā vlēm affirmatiuā eē q̄ ē falſa nō exēplificauit in 2ª figura.ad qḋ rñdet ꝙ ſolū ꝑ ͥ figura ↄcludit vlēm affirmatiuā.iō ait.ꝙ (deceptio qdē igiť ipſi' eē).i.decipi ḋ ipſo eē .i.de ipſa affirmatiua (ꝑ iſtā).i.ꝑ ꝑmā (figurā.) ſu.hꝫ fieri ꝙ (ſic fit ſolū).ſ.ꝑ ꝑmā figurā ſicut oſtenſum eſt.⁊ ſubdit ꝙ (ipſius eē).i.ipſius affirmatiue vlis (nō erat ſyll's).i. nō poterat eē ↄ̇ ſyllogiſtica (in alia figura) ſu.q̄ꝫ in ꝑma.

B ℃ Notādū ꝙ deceptio circa affirmatiuā de q̄ hic agiť ē deceptio circa affirmatiuā oppoſitā negatiue indiuidue. negatiua autē īdiuidua ē vlr̄ vera.ẽ affirmatiua erit vlr̄ falſa.⁊ qꝛ nulla vlis affirmatiua ↄcludiť in alia figura q̄ꝫ in ꝑma.ideo in ſola ꝑma figura poſuit exempla phs.

℃ Que vero ipſius non eſſe in prima ⁊ media figura eſt.

Argir. **℃ Non eſſendi vero: ⁊ in prima fit: ⁊ in media.**

℃ Poſtq̄ꝫ phs oſtēdit quō accidat deceptio circa affirmatiuā falſaꝫ oppoſitā negatiue īdiuidue vere. In parte iſta oñdit quō accidat deceptio circa negatiuā falſam oppoſitā affirmatiue indiuidue ꝟe. Circa ꝙ duo facit: qꝛ ꝑ narrat ꝑ q̄s figuras hꝫ talis deceptio fieri.2° exeqtur de q̄libꝫ illarū figurarū ibi.(ꝑ ẽ dicem⁹) Dič ẽ.(Que ꝟo ē ipſius nō eē).i.deceptio q̄ ē ipſi⁹ negatiue ſu.falſe oppoſite affirmatiue īdiuidue ꝟe (in ꝑ° ⁊ ī media figura) .i.in 2ª figura (eſt).i.ↄtingit talē deceptionē fieri.℃ Deinde cū dicit.

℃ Primum quidē igitur dicamus quot modis in prima figura ⁊ quomodo ſe habētibus propoſitionibus contingit.

Argir. **℃ Atqꝫ primuꝫ dicamus: quot modis ⁊ quomodo ſeſe habentibus ipſis propoſitionibus fit: in prima figura.**

℃ Exeqtur de vtraqꝫ figura: ꝑ ꝑ quō fiat talis deceptio ꝑ ꝑmā figurā.2° ꝑ ſcḋam ibi. (Sꝫ in media figura) Circa ꝑᵐ tria facit: qꝛ ꝑ ↄtinuat ſe ad dicēda.2° exeqtur de itēto. 3° epilogat circa determiata.2° ibi (Cōtigit qdem.) 3° ibi. (Manifeſtū eſt igiť.) Dicit ẽ ꝙ (ꝑᵐ ẽ dicem⁹ q̄t modis in ꝑ ͥ figura fit).i.ↄtigat ſu.talis deceptio (⁊ quō ſe hñtibus ꝑpōnib⁹) hēat talis deceptio fieri.℃ Deinde cū dicit.

℃ Cōtingit qdē igitur vtriſqꝫ falſis: vt ſi.a.in c.⁊ ī.b.ſit īdiuidualr̄. Si.n.accipiatur.a.in.c. nullo.c.aūt in oī.b.falſe ſunt vtreqꝫ ꝑpōnes.

Argir. **℃ Fieri itaqꝫ pōt: vt ambe falſe ꝑpōnes ſumātur: veluti ſi ipſum.a.tam.c.q̄ꝫ.b.ſine medio cōpetat. Nam ſi ſumatur.a.quidem nulli ineſſe.c.ipſum auteꝫ.c.cuilibet competere.b.erit vtraqꝫ propoſitio falſa.**

℃ Exeqtur de modis qbus hꝫ fieri talis deceptio in ꝑma figura. Circa qḋ duo facit: qꝛ ꝑ oſtēdit quō fiat talis deceptio ambabus ꝑmiſſis exiſtentibus falſis.2° quō altera tm̄ ibi (Cōtingat aūt altera.) dicit ẽ ꝙ.(Cōtingit quideꝫ igiť).i.pōt ↄtingere ⁊ accidere talis deceptio (vtriſqꝫ falſis).i.ambabus ꝑmiſſis exñtibus falſis (vt ſi.a.⁊ in.b.⁊ in.c.ſit indiuidualiter).i.īmediate: ſicut genus imediate ꝑdicatur de proximis ſpēbus: ſiē color de albedine ⁊ nigredine.ita ꝙ ꝑ.a.intelligať color per.b.albedo.ꝑ.c.nigredo.(Si enim accipiať.a.quidē in.c.nullo) vt ſi dicať nulla nigredo eſt color (.c.autem) ſu.accipiatur (in omni.b.).i.omnis albedo eſt nigredo (falſe ſunt propoſitiones).i.ꝑmiſſe.⁊ ↄ̇ ſu.ſequitur falſa.ſeqtur.n.ꝙ nulla albedo ſit color.℃ Notādum aūt ꝙ cū hec omnis albedo eſt color.ſit vera ⁊ imediata ↄñs eſt ꝙ nulla albedo ē color.ſit immediata.iſta ergo negatiua falſa īdiuidua. nulla albedo eſt color ↄcludiť ex duab⁹ ꝑmiſſis falſis.vꝫ. ex iſta.nulla albedo ē color.⁊ ex iſta.oīs albedo ē nigredo. C

℃ Dubitaret forte aliqs vtrꝫ hec ſit imediata oīs albedo ē color.⁊ vī ꝙ nō: qꝛ ſi iſta eēt imediate ꝟa negatiua eſſet imediate falſa: ſed nulla ꝑpō eſt imediata: niſi illa cuius ſubm ⁊ ꝑtum non ſunt in aliquo gñe. ſic enim argueba ť ſupra ꝙ ſi.a.vel.b.vel ambo eēnt in aliquo gñe nō faciebant ꝑpōnē imediate negatiuā cū ergo albedo ſit ī aliq̄ gñe ⁊ ſit in aliquo tota cū nullo alio poterit facere ꝑpoſitione negatiuā. D ℃ Dōm ꝙ albedo ⁊ qḋlibet aliud poterit cōparari ad tria.vel ad ſuū genus: vel ad ea q̄ ſunt ī eodem gñe: vel ad ea q̄ ſunt in eodeꝫ gñe reſpectu ſui gñis. E reſpectu.n.eoꝝ que ſunt in ſuo gñe pñt facere ꝑpōnē immediatā ea q̄ ſunt in genere ⁊ ea que ſunt in toto.nā cum genus imediate deſcēdit in aliquas ſpēs ⁊ ille ſpēs cōparate ſunt ad genus affirmatiue faciūt ꝑpoſitionē imediate veram negatiue imediate falſam.comparate auteꝫ ille ſpēs ad ſeinuicē ſe habēt econuerſo. nam negatiue faciunt ꝑpoſitioneꝫ imediate veram.affirmatiue imediate falſam vt ſi albedo ⁊ nigredo imediate reſpiciunt. colorem tūc albedo eſt color vel nigredo eſt color. propoſitio imediate vera.albedo ē nigredo imediate falſa. In negatiua ꝟo econtrario.nā albedo non eſt color. vel nigredo non eſt color imediate falſa.albedo aūt nō eſt nigredo imediata vera.ſic ergo pōt accipi imediatio in his q̄ ſunt in eodē gñe vt comparātur ad ſeinuicē etiam vt comparantur ad genus: ſed in his que dicunt aliud ⁊ aliud genus nunq̄ꝫ eſt ꝑpoſitio imediata niſi ipſorum generuꝫ ⁊ ipſoꝝ ſupiorū que non ſunt vlterius in gñe.eoꝝ aūt que ſunt in aliquo toto vel in aliquo gñe propō imediata iſto mō eſſe non pōt.nā diuerſoꝝ generū ⁊ non ſubalternatiꝫ poſitorū diuerſe ſunt ſpēs ⁊ dr̄ie: qꝛ ipſa gña ſunt diuerſa.diuerſitas ergo ſpērū ⁊ dr̄iarum exiſtētium in diuerſis gñibus eſt ex diuerſitate generuꝫ.ꝑus ergo itelligitur q̄ꝫtitas diuerſificari a ſubā ⁊ econuerſo . ⁊ ex hoc intelligiť ab his que ſunt in ſubā: ⁊ ea que ſunt in ſubā hoc mō diuerſificantur a q̄ꝫtitate ⁊ ab his que ſunt in q̄ꝫtitate quia ſubā ⁊ q̄ꝫtitas diuerſificantur adinuicē.phs ergo in precedētibus locutus eſt de imediatione reſpectu diuerſorū geneꝝ: quā non faciūt ea q̄ ſunt in genere: ſꝫ ipſa genera. hic aūt loqtur de imediatione in eodē gñe quam poſſunt facere ipſe ſpēs cum genere vel ipſe ſpecies adinuicem.

F ℃ Ulterius forte dubitaret aliqs vbi reſeruatur magis rō imediationis vel in his q̄ ſunt in eodē gñe vel in his q̄ ſunt in diuerſis gñibus.℃ Dōm ꝙ multuꝫ eſt equiuoca iſta cōparatio: nā diuerſa genera nunq̄ꝫ ↄſtituūt ꝑpōneꝫ imediatā affirmatiuā verā.ea autē que ſunt in genere vt comparātur ad ſuū genus ecōtrario ſe habent: qꝛ nunq̄ꝫ ↄſtituūt ꝑpoſitionē affirmatiuā imediatam falſam.in diuerſis ergo generibus negatiua eſt imediata vera: affirmatiua eſt imediate falſa. vt nulla q̄ꝫtitas eſt ſubā immediata vera.oīs q̄ꝫtitas eſt ſubā imediate falſa.eↄ̇rio autē eſt de ſpēbus vt cōparanť ad gen⁹.ſi ergo mō quo poſſumus volumus hāc cōparationeꝫ de imediatione facere. dicemus ꝙ immediatio que eſt in diuerſis generibus vt in diuerſis ꝑdicamentis incōparabilr̄ eſt maior q̄ꝫ illa q̄

eſt

eſt in ſpẽbus reſpectu ſui generis.nã ens nõ deſcẽdit per differentiam mediã in pñta ſicut deſcẽdit genus ꝑ drias medias in ſpẽs.ſpẽs ergo imediate ſubijcit̃ gñi:q2 nõ ꝑ aliã ſpẽz ſubijcitur ſibi:nõ tñ ſubijcitur ei imediate ꝙ nõ cadat ibi dria media.nã ſi nõ opz reduci ſpẽm in genus:ſemꝑ tñ oꝫ reduci ipſam ꝑ driaꝫ aliquã.pꝫ ğ qd dõꝫ ſit de imediatione in eodẽ gñe:vt ſpẽs cõparant̃ ad genus ⁊ i diuerſis generibus vt gña cõparant̃ adinuicẽ. A ¶ Reſtat videre qd dõm ſit de imediatione in eodẽ gñe:vt ſpẽs cõparant̃ ad inuicẽ ⁊ in diuerſis gñibus vt gña cõparant̃ adinuicẽ. Ad qd dici põt ꝙ hec ſm veritatẽ ⁊ falſitatẽ ẽ magis vniuoca cõparatio.nã duo ſpẽs ſub eodẽ gñe imediate exñtes ſp faciũt negatiuã imediatã verã ⁊ affirmatiuã imediatam falſaꝫ.duo aũt gña diuerſa q̃ nõ ſunt in alijs gñib⁹ ẽt iſto mõ ſe hñt. Sꝫ q2 qd ñẽ de imediatione vbi.ſ.ẽ maior imediatio:aut ſm diuerſitatẽ genеꝝ cũ diuerſa gña remoueãtur abinuicẽ aũt ſm idẽtitatẽ gñis cũ due ſpẽs abinuicẽ remoueant̃.dici põt ꝙ incõparabilr̃ eſt maior cõparatio in ꝓpõnibus ꝯſtitutis ex diuerſis gñibus q̃ꝫ ꝯſtitutis ex diuerſis ſpẽbus ſub eodẽ gñe.vt multo eſt maior imediatio ꝙ ſubã nõ eſt quãtitas q̃ꝫ ꝙ vna ſpẽs aialis nõ ẽ alia. nã ipſa pñta ſeipſis diuerſificant. ſpẽs ṽo nõ ſeipſis ſꝫ ꝑ drias.imediata eſt aũt ꝓpõ ꝙ vna ſpẽs nõ eſt alia:q2 ſm rectã lineã pñtalẽ nõ inuenit̃ aliqd mediũ ad hoc probãdum.imediata eſt ğ ꝓpõ hec ꝑ remotionẽ medij ſꝫ rectã lineã pdicamẽtalẽ:ſed non eſt imediata ꝑ remotionẽ medij q̃ꝫ ad ea q̃ cadunt ex latere.dria.n.vel ꝑ ſe ſumpta vl addita gñi poſſet eẽ mediũ ad hoc probãdũ:ſꝫ ꝓpõ imediata ſm ꝙ vnũ pñtum remouet̃ ab alio eſt magis imediata q2 talia ſeipſis non ꝑ drias ꝯſtituẽtes ea diuerſificãtur. B ¶ Eſt ğ diligẽter notãdum ꝙ q2 magis eſt imediata ꝓpoſitio dicẽs vnũ pdicamẽtũ nõ eſſe aliud q̃ꝫ dicẽs vnã ſpẽm nõ eẽ aliã.iõ non eẽt incõueniẽs dĩe hãc non eẽ imediatã:non ꝙ nullo mõ ſit imediata:ſed q2 nõ hꝫ tñ de immediatione ſicut illa. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Contingit aũt ⁊ altera falſa:⁊ hac q̃cũqꝫ cõtingente.põt.n.que ẽ.a.c.veraꝫ eſſe. Que ṽo eſt.c.b.falſam:ſed q̃ ẽ.a.c.verã.qm̃ nõ oĩbus que ſunt ineſt.a.ſed que eſt.b.c.falſam qm̃ impoſſibile eſt eſſe in.b.c.in quo nullo eſt.a. Nõ enim vera erit que eſt.a.c.ꝓpoſitio.ſilr̃ auteꝫ ⁊ ſi ſint vtreqꝫ vere concluſio erit vera.

Argir. ¶ Fieri quoqꝫ põt:vt altera ꝓpõnũ vtrauis falſa ſumat̃:nã eſſe põt.a.c.qdem vera.c.b.vero falſa.a.c.quideꝫ vera:quia.a.non oĩbus ineſt que ſunt.c.b.vero falſa:tum q2 fieri nequit:vt c.cui ipſum.a.nulli competit:ipſi cõpetat.b. nam.a.c.propoſitio non erit vera:tum quia ſi ambe ſint vere:erit ipſa cõcluſio vera.

¶ Exeqtur qũo ſequat̃ talis ꝯ̃ falſa cũ altera pmiſſarũ eſt falſa. Circa qd duo facit ſm ꝙ duplr̃ hoc põt ꝯtigere.nã p̊ oſtẽdit hoc cũ eſt falſa minor:⁊ maior vera.2° cuꝫ econuerſo ibi.(Sed q̃ ẽ.b.c.) Dicit ğ ꝙ (ꝯtingit aũt) ſu.ꝯcludere negatiuã imediate falſaꝫ (altera falſa ⁊ hoc quacũqꝫ ꝯtingẽte).i.q̃cũqꝫ indifferẽter.⁊ p̊ exẽplificat qñ eſt vera maior ⁊ falſa minor.vñ ait ꝙ (põt enim que ẽ.a.c.).i. maior (eſſe vera.que ṽo eſt.b.c.).i.minor (falſa) vt ergo appareat in terminis qd dĩ.a.⁊.b.non mutabimus.ſꝫ ꝑ a.intelligimus colorẽ ꝑ.b.albedinẽ ſicut prius.mutabimus aũt.c.i.mediũ.accipiem⁹.n.per.c.ſaporem q vlr̃ remouet̃ a colore.his aũt terminis ſic ſe hñtibus exponat̃ lr̃a ſequẽs cũ dicit (ſed que ẽ.a.c.).i.maior (vera) ſu.poterit ſumi (qm̃.a.).i.color (nõ ineſt oĩbus q̃ ſunt) vt non ineſt ſapori.maior ğ q̃ eſt negatiua.vꝫ.nullus ſapor ẽ color ẽ vera (ſed q̃ eſt.b.c.).i.minor:vt oĩs albedo eſt ſapor (falſa eſt qm̃ ipoſſe eſt.c.).i.ſaporẽ (eẽ in.b.).i.in albedine (in quo nullo ẽ).i.in quo nullo ſapore (ẽ.a.) .i.color. ⁊ ſubdit (nõ eni erit ṽa.a.c.ꝓpõ).q.d.ꝙ.a.c.ꝓpõ q̃ ẽ negatiua.vꝫ.nullus ſapor ẽ color.nõ poſſet eẽ vera.ſi.b.c. i.minor q̃ ẽ oĩs albedo eſt ſapor.eẽt ẽt ṽa.maior ğ erit vera ⁊ minor falſa:q2 ſi eẽt ẽt minor vera eẽt ꝯ̃ vera.iõ ſubdit ꝙ (ſilr̃ aũt ⁊ ſi ſint vtreqꝫ vere ⁊ ꝯ̃ erit vera ſed) ſu. poſitũ ẽ ꝙ ẽ falſa q2 hic agit̃ de ſyllõ ignorãtie. ¶ Notãdũ ẽt ꝙ cũ hec ſit imediate ṽa.oĩs albedo ẽ color.hec erit imediate falſa.nulla albedo eſt color. Ad ꝓbãduꝫ ğ hãc ꝓpõnem imediate falſam nullũ.b.eſt.a.nulla albedo eſt color.accipiem⁹.c.mediũ aliud qd remoueat̃ vlr̃ a colore:vtputa accipiemus ſaporẽ.Formabit̃ aũt ſic ſyllˢ.nullus ſapor eſt color.oĩs albedo ẽ ſapor.ğ nulla albedo eſt color.hic concludit̃ ꝓpõ imediata falſa ꝑ maiorẽ verã ⁊ minorẽ falſam. ¶ Notãdũ ẽt ꝙ phs ꝓbat minorẽ debere eẽ falſaꝫ in tali ſyllõ 2ʳ.vno mõ ex pte maioris.naꝫ nõ eſt poſſe ꝙ aliquid vlr̃ remoueat̃ ab.a.i.a colore ⁊ tñ cõueniat.b.i.albedini.ſapor ergo q remouet̃ ſm veritateꝫ a colore in maiori ſm falſitatẽ pdicabitur de albedine in minori ſi vera eſt maior.nullus ſapor ẽ color.cuꝫ albedo ſit imediate ſub colore de neceſſitate erit falſa minor.oĩs albedo eſt ſapor.⁊ q̃ꝫtum ad hoc ait ꝙ falſa eſt.b.c.ideſt minor:ex quo.vera eſt.a.c.i.maior.2ᵒᶜ probat hoc idem ex parte ꝯ̃nis.nam cũ maior poſita ſit eſſe vera cũ concluſio debeat eſſe falſa rebus ſic ſe habẽtibus de neceſſitate opꝫ ꝙ minor ſit falſa.q2 ſi eẽnt ambe vere ⁊ concluſio vera eẽt:qd eſt contra ypoteſim. ¶ Deinde cũ dicit. C D

¶ Sed q̃ ẽ.c.b. cõtingit veram eſſe cuꝫ altera ſit falſa:vt ſi.b.⁊ in.c.⁊ in.a.erit:neceſſe ẽ eniꝫ alterum ſub altero eẽ: quare ſi accipiatur. a. in nullo.c.eſſe falſa erit propoſitio.

¶ At.c.b.etiaꝫ vera eſſe poteſt: altera ſumpta falſa:ceu ſi.b.⁊ in.a.ſit:⁊ in.c.neceſſe eſt enim tunc alteꝝ eſſe ſub altero:quare ſi ſumatur.a. nulli cõpetere.c.erit hec ꝓpoſitio falſa. Argir.

¶ Oſtẽdit qũo poſſit ꝯcludi ꝯ̃ imediate falſa per maioreꝫ falſam ⁊ minorẽ verã.ꝯ̃nem ergo non mutabimus.ꝯcludemus.n.hãc imediate falſaꝫ.nullũ.b.ẽ.a.i.nulla albedo eſt color.ſꝫ mutabimus.c.i.mediuꝫ.accipiem⁹.n.pro medio qd vlr̃ ſubijciat̃ ipſi.a.⁊ qd vlr̃ pdicet̃ de.b. cuiuſmodi ẽ diſgregatiuũ.Formabit̃.n.ſic ſyllˢ.nulluꝫ diſgregatiuũ ẽ color.oĩs albedo eſt diſgregatiua.ergo nulla albedo ẽ color.hic ꝯcluditur ꝯcluſio imediate falſa per minorem verã ⁊ maiorẽ falſam.iõ ait (ſed q̃ eſt.b.c.) .i.minorem (ꝯtingit verã eſſe cũ altera) .i.cũ maior (ſit falſa: vt ſi.b.).i.ſi albedo (⁊ in.c.⁊ in.a.eſt).i.⁊ in diſgregatione ⁊ in colore:nã oĩs albedo eſt diſgregatiua.⁊ oĩs albedo ẽ color:quo poſito (neceſſe eſt alterũ ſub altero eẽ) nõ enim poſſet albedo eẽ in diſgregatiuo ⁊ in colore niſi alteꝝ eẽt ſub altero:niſi color vlr̃ pdicaret̃ d diſgregatiuo: vel ecõuerſo nõ poſſet albedo eſſe vlr̃ in vtroqꝫ (q̃re ſi accipiat̃.a.in nullo.c.eẽ falſa erit ꝓpõ) ſu.a.c.⁊ tũc ſupplẽdum eſt ꝙ minor erit vera ⁊ ꝯcluſio imediate falſa vt patuit in ſyllogiſmo ante poſito. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Manifeſtum igit̃ eſt qm̃ ⁊ cuꝫ altera falſa ſit ⁊ in vtriſqꝫ falſus erit ſyllogiſmus.

¶ Patet igitur ⁊ ex altera tm̃:⁊ ex ambab⁹ ꝓpoſitionibus falſis rõcinationẽ fieri falſam. Argir.

¶ Epilogat circa determinata.d.(manifeſtū ē igiť.ꝙ ꝛ cū altera) ſu.ꝑmiſſaꝝ (ſit falſa ꝛ in vtriſq̄) ſu.ꝑmiſſis (falſus erit) ſu.(ſyll'o) ignorātie.¶ Deinde cum dicit.

¶ Sꝫ in media qdē figura vtraſq̄ ꝓpōnes totas falſas eſſe nō ꝯtingit. Cū eni.a.in omni ſit b.nihil eſt accipere qđ in altero quidē omni ī altero vero nullo erit. Opꝫ aūt ſic recipere ꝓpoſitiones: ꝛ ꝙ in hoc quidem ſit in hoc autē non ſit: ſunt vere erit ſyllogiſmus.

Argir. ¶ Sed ī figura media: vt tote qdē ꝓpōnes ambe ſint falſe fieri neqt: nā cū.a. cuilibet ineſt.b. nullū tunc ſumi mediū pōt: qđ alteri cuilibet: alteri nulli cōpetet. Oportet aūt hoc pacto ſumere propōnes: vt alteri qdē īſit: alteri vō nō īſit: ſi hac ī figura rōcinatio fieri debeat.

¶ Oñdit quomodo ꝓpoſitio negatiua imediate falſa poſſit ꝯcludi ꝑ mediā figurā. Circa qđ tria facit: qꝛ ꝑ oſtēdit qūo poſſit ꝛ nō poſſit ꝯcludi ꝯ̄ ꝑ ꝑmiſſas vtraſq̄ falſas. 2° qūo poſſit ꝯcludi ꝑ alterā falſaꝫ. 3° epilogat circa determinata. 2° ibi. Alteraꝫ aūt falſam. 3° ibi. (Manifeſtum ē igiť). ¶ Propter ꝑ^m ſciēdum ꝙ ſi ambe ꝑmiſſe ſunt falſe totalr̄ nō poterit in 2° figura ꝯcludi ꝯ̄ negatiua imediate falſa: ſꝫ ſi ſint falſe in parte poterit. Duo ḡ facit pħs: qꝛ ꝑ oſtēdit ꝙ non poſſit talis ꝯ̄ concludi per ambas ꝑmiſſas falſas totaliter. 2° ꝙ̄ poſſit concludi ꝑ falſas in parte ibi. (In quodā autē). Circa ꝑ^m duo facit ſm ꝙ duplr̄ probat intētū. nā ꝑ probat h̄ ex habitudine terminoꝝ. 2° ꝯuerſione ꝓpōnum ibi. (Si aūt accipianť.) Dicit ḡ (ſꝫ in media figura totas ꝓpōnes eē vtraſq̄ falſas nō ꝯtigit) .q.d.ꝙ propō negatiua imediate falſa nō poterit ꝯcludi ꝑ vtraſq̄ ꝑmiſſas in toto falſas. (cū eni.a.ſit in oi.b.) cū oē.b.ſit a.ſiue cū oīs albedo ſit color (nihil erit).i.nihil ꝯtiget (accipere qđ ſit in altero qdē oi in altero nullo) ex ipſa ḡ habitudine terminoꝝ: vt qꝛ albedo vlr̄ ſubijciť colori non poterit interuenire aliqd qđ vlr̄ conueniat vni ꝛ vlr̄ remoueať ab alio. ꝛ ſubdit ꝙ (opꝫ aūt ſic accipe ꝓpōnes ꝙ in h̄ qdē ſit) ſup.oi (in h̄ qdē nō ſit ſi vere erit ſyll'o).i.ſi vere debeat ibi reſeruari forma ſyllogiſtica ſm ſcđam figurā.

E ¶ Notādū aūt ꝙ ꝓpō negatiua imediate falſa hꝫ oppoſitam ꝓpōnē affirmatiuā imediate verā. ſi ḡ debeat ꝓbari ꝑ ſyllm̄ in media figura hec ꝓpō imediate falſa. nullū b.ē.a.i.nulla albedo ē color. opꝫ ꝙ ſua oppoſita. vꝫ. ois albedo eſt color ſit imediate vera. Sꝫ ꝯſtat ꝙ non poſſumus ꝯcludere hāc imediate falſaꝫ. nulla albedo ē color. ꝑ ſcđam figurā niſi vna ꝑmiſſarum ſit vlis affirmatiua: ꝛ alia vlis negatiua. opꝫ ḡ accipe aliqđ mediuꝫ qđ vlr̄ ꝑdicetur de colore ꝛ vlr̄ remoueať ab albedine vel econuerſo. ſit ḡ tale mediū.c. dicem⁹ ḡ. ois color eſt.c. nulla albedo ē.c. ḡ nulla albedo ē color. vel dicemus. nullus color eſt.c. nulla albedo eſt.c. ḡ ꝛc̄. Si ḡ ambe ꝑmiſſe ſunt tote falſe in ꝑ ſyll'o. q eſt ſcđs ſcđe: tūc.c. remouebiť vlr̄ a colore: qꝛ h̄ poniť tota falſa. ois color ē.c. ꝛ ꝯueniet vlr̄ albedini: qꝛ ēt poniť tota falſa nulla albedo ē.c. non ḡ poterit fieri ſyll'o in 2° ſcđe. niſi.c. mediū remoueať vlr̄ a colore ꝛ ꝯueniat vlr̄ albedini. Si aūt fiat ſyll'o in ꝑ ſecunde ꝛ ſint ambe ꝑmiſſe tote falſe: tūc mediū.c. ſe habebit econuerſo. cōueniet eniꝫ vlr̄ colori ꝛ remouebiť vlr̄ ab albedine. ex ipſa ḡ habitudine terminorū: vt qꝛ color ineſt oi albedini non poterit inueniri aliqđ mediū ꝑ qđ ſyllogiſetur ī ſcđa figura nulla albedo eſt color per vtraſq̄ ꝑmiſſas in toto falſas: qꝛ tunc mediū inuētū vel vlr̄ cōueniret colori ꝛ vlr̄ remoueret ab albedine vel ſe haberet ecōtrario: qđ eſt impoſſibile. nihil enim pōt vlr̄ cōuenire vni qđ remoueatur vlr̄ ab alio. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Si igitur accipiantur ſic falſe: manifeſtuꝫ eſt ꝙ contrarie ꝛ econtrario ſe habebunt. hoc autem impoſſibile eſt.

Argir. ¶ Si igitur ſic ſumantur: ſint falſe conſtat: ſi ſumantur econtra veras vtraſq̄ fore: quod quidem fieri nequit.

¶ Probat hoc idē ex ꝯuerſiōe ꝓpōnū.d.(Si igiť accipiātur) ſu. ambe ꝑmiſſe (ſic).ſ.in toto (falſe manifeſtū eſt ꝙ ꝯ̄rie ſe habebūt).i.erunt in toto vere (hoc aūt impoſſibile eſt) qꝛ ꝯ̄ eēt vera. ¶ Notādū aūt ꝙ hec ꝓpō imediate falſa. nullū.b.eſt.a.ſiue nulla albedo eſt color. non poterit ꝯcludi in ſcđa figura ꝑ ambas ꝑmiſſas in toto falſas: qꝛ ſi eſt poſſe accipiať mediū.c. ꝛ fiat ſyll'us in ꝑ ſcđe nullus color eſt.c. ois albedo eſt.c. ḡ nulla albedo ē color. ſi ḡ ambe ꝑmiſſe ſint in toto falſe accipianť earum ꝯ̄rie: vel qđ idē eſt. ꝯuertanť ꝑdicte ꝓpōnes in ꝯ̄riā q̄litateꝫ: tunc erūt ambe vere ꝛ fiat ſyll'o in ſcđo ſcđe ſic. ois color eſt.c. hec erit maior in toto vera: qꝛ ſua ꝯ̄ria ponebať tota falſa. minor erit. nulla albedo eſt.c. que etiam erit ī toto vera: qꝛ ſua ꝯ̄ria erit ī toto falſa. ſeq̄reť ergo ꝯ̄ ꝙ nulla. albedo ſit color: qđ ē ipoſſe: qꝛ tūc ꝯcluderet ꝯ̄ ſimplr̄ falſa ex ꝓpōnib⁹ ſimplr̄ veris. ex ipſa ḡ ꝯuerſiōe ꝓpōnū vt ſi cōuertanť ꝑmiſſe ī oppoſitā q̄litatē pꝫ ꝙ in ſcđa figura nō pōt accipi ābe ꝑmiſſe ī toto falſe ꝯcludētes ꝯ̄nē falſaꝫ. h̄ idē eēt ſi ꝯ̄ ſit falſa ꝯcludereť ī 2° 2^i ꝑ ambas ꝑmiſſas ī toto falſas: qꝛ tūc acciperenť earū ꝯ̄rie. vel qđ idē ē ꝯuerterenť in oppoſitā q̄litatē ꝛ eēnt ī toto vere ꝛ fieret ſyll'o in ꝑ ſcđe ꝯcludēs ꝑ ꝑmiſſas ſimplr̄ veras ꝯcluſionē ſimplr̄ falſam: qđ eſt impoſſibile. ¶ Deinde cum dicit.

F ¶ In quodā aūt nihil ꝓhibet vtrāq̄ falſam eē vt ſi.c.in.b.ꝛ in.a.quodā eſt. Si eni.c. quideꝫ in.a.omni accipiať eſſe.in.b.aūt nullo eſſe falſe quidem vtreq̄ ꝓpōnes: nō tñ tote ſꝫ in quodam ꝛ econtrario autē poſito priuatiuo.

Argir. ¶ Verū aliqua ex parte falſam eē vtranq̄ non obſtare quicq̄ videť: veluti ſi mediū.c. taꝫ.a. q̄ꝫ.b. cuidā inſit: tunc enim ſi ipſum.c. cuilibꝫ quidē.a. nulli vō.b. dicatur in eē: falſe quideꝫ erūt ambe ꝓpoſitiones: at nō ſimplr̄: ſed aliq ex pte ſicuti pꝫ. Eadē erūt ꝛ ſi propōneꝫ negatiuam verſus extremū maius poſueris.

¶ Oſtēdit ꝙ pōt ꝯcludi talis ꝯ̄ ꝑ ambas ꝑmiſſas falſas ī pte.d.(In quodā aūt).i.in pte (nihil ꝓhibet vtrāq̄) premiſſam (falſaꝫ eē vt ſi.c.i.a.ꝛ in.b. quodā ſit).i.ſi accipiatur tale mediuꝫ qđ ꝑticulariter verificeť de.a.ꝛ de.b.i.de colore ꝛ đ albedine: vtputa ꝑfectū: qꝛ qdā color ē ꝑfect⁹ qdā nō: ꝛ q̄dā albedo ē ꝑfecta ꝛ q̄dā nō. Sic aūt ſe hñtibus terminis (ſi.n.in.a.qdē omni.c.).i.in oi colore accipiať eē.c.i.eē ꝑfectū ꝛ dicať ois color ē ꝑfectus (in.b.aūt nullo).i.nulla albedo ē ꝑfecta (falſe qdē ſunt oēs ꝓpoſitiones nō tñ tote: ſꝫ in quodā).i.ī pte.ꝑ tales ḡ ꝑmiſſas ī parte falſas ꝯcludetur ꝙ nulla albedo ſit color q̄ eſt imediate falſa: ꝛ ſubdit ꝙ (ecōuerſo aūt poſito ꝑuatiuo) ſilr̄ erūt ꝑmiſſe ambe in parte falſe ꝛ ꝯcludeť cōcl'o imediate falſa. vtputa ſi dicať. nullus color eſt ꝑfectus. ois albedo eſt ꝑfecta. ḡ nulla albedo eſt color. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Similiter autē ꝛ alteram eſſe falſam ꝛ qualibet contingit: qđ enim in.a.oi ꝛ in.b.ē. Si igitur

tur accipiatur in.a.quidem toto eẽ.c.in.b.autem toto non eſſe que quidez eſt.c.a.vera erit. ſed que eſt.c.b.falſa.

Argũ. ¶ Fieri tñ põt vt altera falſa atqȝ vtrauis ꝓpoſitionum ſumaẽ: qȝ eniz ineſt cuilibet.a.id.b. quoqȝ cuilibet ineſt. Si igiẽ ipſum.c.tale ſumptum cuilibet quidẽ.a.nulli ṽo.b.competere dixeris.a.c.quidẽ erit vera.c.b.autem falſa.

¶ Oſtẽdit quõ poſſit concludi talis concluſio ꝑ alterã ꝑmiſſam falſam.circa qȝ duo facit.q2 ꝑ oſtẽdit quõ poſſit concludi talis cõcluſio per 2ᵐ ſecunde vbi maior eſt affirmatiua ⁊ minor negatiua.2ᵒ oſtẽdit quomodo poſſit hoc idẽ fieri per primũ ſcõe vbi econuerſo ſe hȝ priuatiuum ibi (Silr aũt fit) Circa primũ duo facit:q2 accipere alterã ꝑmiſſarũ falſam ⁊ alterã veram ⁊ cõcludere ſimplr falſam ꝑ 2ᵐ ſecunde vel hoc erit:q2 maior erit vera ⁊ minor falſa vel econuerſo. ꝑ ergo exẽplificat de primo ⁊ 2ᵒ de 2ᵒ ibi (Iterũ ꝙ in.b.) dicit ergo (Alteram falſam aũt) .i.per alterã premiſſarũ falſam (⁊ ꝗlibet).i.quecũqȝ cõtingit qdem ꝯnem imediate falſam concludere. ⁊ primo exẽplificat quãdo maior eſt vera ⁊ minor falſa dicẽs (qȝ eſt enim in.a.omni).i.in omni colore (⁊ in.b.ẽ) ſu.i.in oi albedine.q.d.ꝙ ad hoc faciẽdũ opoȝ ꝙ accipiatur medium quod cõueniat omni colori ⁊ omni albedini. vtputa qualitas vel viſibile (ſi ergo accipiatur.c.).i.medium vtputa qualitas vel viſibile (eſſe quidẽ in toto.a.).i.in oi colore (in.b.autem toto).i.in omni albedine (non eſſe q̃ quidem eſt.a.c.).i.maior vt omnis color eſt qualitas (vera erit:ſed q̃ eſt.b.c.).i.minor.vȝ.nulla albedo eſt q̃litas (falſa) erit ⁊ concluſio ſu.erit imediate falſa. vȝ.nulla albedo eſt color. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Iteruȝ qȝ in.b.nullo eſt neqȝ in.a.oi inerit. Si enim ⁊ in.a.eſt ⁊ in.b.ſed non erat. Si igiẽ accipiatur.c.in toto quidẽ.a.ineſſe.b.aũt nullo.b.c.ꝓpoſitio vera erit:altera aũt falſa.

Argũ. ¶ Rurſus qȝ nulli.b.cõpetit:id nec.a.cuilibȝ inerit:nã ſi cuilȝ ipſi ꝯpeteret: ⁊ ipſi quoqȝ.b. cuilȝ ꝑfecto cõpeteret: at nulli ineẽ ſupponiẽ. Si igiẽ cuilȝ qdẽ.a.nulli ṽo.b.cõpetere dixeris.c.b.qdẽ verã:alterã ṽo falſaȝ efficiens.

¶ Oſtẽdit quõ poſſit ꝯcludi talis cõcluſio ꝑ maiorẽ falſaȝ ⁊ minorẽ verã.dicẽs.ꝙ (ẽ in nullo.b.).i.in nulla albedie (neqȝ in.a.oi erit).q.d.ꝙ ad h̃ faciẽdũ oȝ accipi medium qȝ vlr remoueaẽ ab albedine:vtputa ꝯgregatiuũ vel nigredo.ſi eni nulla albedo ꝯgregat vel ſi nulla albedo eſt nigredo impoẽ eſt ꝙ ois color ꝯgreget:q2 ſi ois color eſſet talis:⁊ ois albedo eẽt ẽt talis.iõ ſubdit (ſi eni in.a.oi eſt ⁊ in oi.b.) ſu.erit (ſed nõ erat).i.dicebaẽ ꝙ deberet accipi tale mediũ qȝ i oi.b.nõ erat.i. ꝙ vlr remoueaẽ.a.b. ſicut nigredo vel ꝯgregatiuũ. ¶ Si igiẽ accipiatur.c.).i. ꝯgregatiuũ (in toto qdẽ.a.eſſe) vt ois color eſt ꝯgregatiuus (in.b.aũt nullo) vt nulla albedo ẽ ꝯgregatiua q̃ qdẽ ẽ (.b.c.ꝓpõ).i.minor (vera ẽ.altera ṽo).i.a.c.maior (falſa) eſt ⁊ ꝯ ſu.imediate falſa. ¶ Notãdũ aũt ꝙ mediũ

B quod vlr remouetur.a.b.i.ab albedine impoẽ ẽ ꝙ ꝯueniat oi.a.duplr ĝ tale mediuȝ ſe poterit hẽe ad.a.i.ad colorẽ:q2 vel remouebiẽ ab eo in pte:ſicut nigredo q̃ remoueẽ a colore pticulr:q2 eſt dare colorẽ q nõ eſt nigredo:⁊ tũc fiet ſyllꝰ ꝑ maiorẽ falſaȝ in pte:⁊ minorẽ verã ſimpliciter.vt oiȝ color ẽ nigredo:nulla albedo ẽ nigredo.ergo nulla albedo eſt color.2ᵒ mõ hoc põt cõtingere. ꝙ mediũ acceptũ qȝ remouetur vlr ab albedine remoueaẽ etiã a colore vlr vt ſapor:⁊ tũc fiet ſyllogiſmus ꝑ maiorẽ falſaȝ in toto ⁊ minorẽ verã ſimplr:vt ois color eſt ſapor.nulla albedo eſt ſapor.ergo ⁊c. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Similiter autem fit traſpoſitio ꝑuatio. Qȝ eniȝ in nullo eſt.a.neqȝ in.b.nullo erit. Si igitur accipiatur in toto quidem: a.nõ eſſe.in.b. autem toto eſſe:que quidem eſt.a.c.propoſitio vera eſt:altera autem falſa.

Argũ. ¶ Idem vtiqȝ fiet ⁊ ſi verſus maius extremuȝ propõnẽ negatiuã poſueris:qȝ.n.nulli cõpetit.a.id ẽt nulli cõpetit.b. Si igitur.c.nulli quidem.a.cuilibet vero.b. competere dixeris.a.c.quidem ꝓpõ erit vera:altera ṽo falſa.

¶ Oſtẽdit quõ põt ꝯcludi ꝯ imediate falſa ꝑ alteraȝ ꝑmiſſarũ verã ⁊ alterã falſam in ꝑ ſcõe. ⁊ duo facit:q2 ꝑ oſtendit quõ hoc fiat qñ maior vera ẽ ⁊ minor falſa. 2ᵒ qñ ecõuerſo ibi (Et iterũ.) Dicit ĝ ꝙ (ſilr aũt fit tráſpoſitio ꝑuatio).q.d.ꝙ ſilr ꝯcludiẽ ꝯ imediate falſa ꝑ alterã ꝑmiſſaꝶ verã ⁊ alterã falſam tráſpoſito ꝑuatiuo.naȝ ſyllꝰ factus fuit in ſcõa ſcõe:⁊ hẽbat maiorẽ affirmatiuã ⁊ minorem negatiuã. ⁊ ſi ĝ tráſponaẽ ꝑuatiuũ ſiue negatiuũ ⁊ fiat ſyllogiſmus in ꝑ ſcõe:⁊ fit maior affirmatiua ⁊ minor negatiua ſilr fiet ꝙ ꝯcludeẽ ꝯ imediate falſa ꝑ alterã ꝑmiſſarũ verã ⁊ alterã falſam. ⁊ ꝑ exeqtur de hoc qñ maior ẽ vera ⁊ minor falſa.d.(qȝ eniȝ in nullo.a.eſt).i.in nullo colore (nec in.b.nullo erit).i.in nulla albedine.q.d. ꝙ ad h̃ faciẽdum dȝ accipi mediuȝ qȝ vlr remoueaẽ a colore ⁊ ab albedie:vtputa ſapor (ſi igiẽ accipiaẽ.c.).i.mediũ.vȝ.ſapor (in toto qdẽ.a.nõ eẽ) vt nullus color ẽ ſapor (in.b.a.toto eſſe) vt ois albedo eſt ſapor (que qdẽ eſt.a.c. ꝓpõ).i.maior (vera eſt.altera autẽ).i.minor (falſa). ⁊ concluſio ſu.erit imediate falſa. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et iterũ qȝ in oibus eſt nullo accipere.a.nõ eſſe falſum eſt. Eſt enim neceſſe ſi in omni.b. ⁊ in quodam.a.eſſe. Si igitur accipiaẽ in omni b.eſſe.c.in.a.autem nullo que quidez eſt.c.b. vera eſt que autem eſt.c.a.falſa.

Argũ. ¶ Rurſus ſi id qȝ.b.cuilibet ineſt:nulli cõpetere dixeris.a.falſam tum efficies propoſitionem. Neceſſe eſt eniȝ ſi.b.cuilibet ieſt. ⁊.a.cuidam cõpetat. Si igitur huiuſcemodi ſumptũ c.nulli quidem.a.cuilibet ṽo.b.dicaẽ cõpetere.erit.c.b.quidem vera.a.c.aũt falſa.

¶ Oſtendit quõ hoc fiat ſi maior ſit falſa ⁊ minor vera.d. (⁊ iterũ ꝙ in omni.b.eſt).i.in omni albedine (accipe eſſe in nullo.a.).i.in nullo colore (falſum erit) qȝ enim contigit omni albedini nõ poterit remoueri vniuerſalr a colore.ideo ſubdit ꝙ (nece eſt ſi in omni.b.).i.in omni albedine illud eẽ (in quodam.a.).i.in quodã colore.accipiẽdum eſt ĝ mediũ qȝ conueniat omni albedini:vtputa diſgregatiuũ.nam qȝ cõpetit omni albedini opȝ ꝙ conueniat omni colori.ſic aũt ſic ſe habẽtibus terminis (ſi eniȝ accipiaẽ) mediũ:vtputa diſgregatiuũ eẽ qdẽ (in oi.b.) vt ois albedo eſt diſgregatiua (in.a.aũt nullo).i.accipiaẽ eẽ in nullo colore vt nullus color ẽ diſgregatiuꝰ hec eſt maior (que qdẽ eſt.b.c.).i.minor (vera erit q̃ aũt.a.c).i.maior (falſa) ſu. ⁊ ꝯ falſa. ¶ Notãᵐ ꝙ pticularis põe duplr verificari.vel pticulr:vt ſi diceret qdã color eſt ꝯgregatiuus.nã nõ ois color diſgregat.vel vlr.vt ſi dicaẽ quidaȝ B

color eſt q̄litas: et qr oīs color ē talis. qd̄.n. ol albedini cõuenit pōt cõpetē cuidā colori prticulariter. vtputa diſgregatiuū: vel pōt cõpetere ita cuidā colori q᷑ ēt cõpeteret omni: vtputa q̄litas. ſi ergo accipiat mediū p̄mō concludet̄ ɔcluſio imediate falſa p maiorē falſā i pte et minorē verā ſimplr: vt nullus color diſgregat. oīs albedo diſgregat. ergo nulla albedo ē color. ſed ſi accipiat mediū. 2° mō concludetur talis ɔ̄ per maiorem falſam totalr et p minorem ſimplr verā: vt nullus color eſt q̄litas. oīs albedo eſt q̄litas. g̃ nulla albedo eſt color. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Manifeſtum igitur q᷑ vtriſq; falſis et altera tantū erit ſyll's deceptiuus in indiuiduis.

Argu. ¶ Pz igit ex vtriſq; falſis: et ex altera tm̄: circa ppōnes īdiuiduas rõcinationē fieri falſā poſſe.

¶ Epilogat circa dterſata. d. q᷑ (Manifeſtū ē igit q᷑ vtriſq;) p̄miſſis (falſis) exñtib⁹ (et altera tātū) p̄miſſarū exiſtente falſa (erit ſyll's deceptionis in īdiuiduis). i. in ppōnibus imediatis. ɔcludit.n. deceptorie ppoſitio imediate falſa per ambas falſas et per alteram tātum.

¶ In his aūt que nō īdiuidua ſunt cū q̄dē per propriū mediū fiat falſitas ſyllogiſmus ipoſſibile vtraſq; falſas eſſe propoſitiones ſed ſolum que eſt ad maius vltimum.

Argu. ¶ Sed cū propōnes affirmatiue vel negatiue medio nō vacātes: falſo p mediū propriū concluduntur: fieri non poteſt: vt propoſitiones ambe falſe ſumātur: ſed ea tm̄ ſumitur falſa: q̄ eſt verſus extremum maius.

nō ğ ois qđ eſt qd v̄e ſcibile. Ampliꝰ nō ſolū dubitamus
de his q̄ ſunt ꝑ ſe q̄ ſunt v̄e ſcibilia. ſʒ de his q̄ ſunt ꝑ acci
E dēs. ¶ Ad h̄ dōm eſt ꝙ ſcibile pōt accipi tripl'r q̄ʒtuʒ ad
p̄ns ſpectat. vʒ. ꝓp̄e. large. ⁊ magis large. Ꝓp̄e āt ſunt
ſcibilia q̄cūq; ſic ſunt ꝯcluſa ꝙ ſunt neceſſaria ⁊ ꝑ ſe: hitꝰ
eni ꝯnū necīu ⁊ ꝑ ſe di ꝓp̄e ſcia. ¶ 2° mō pōt accipi ſcibi-
le large ꝓ oi hitu ꝯnū. vl' ꝓ cognitiōe cuiuſcūq; non ꝑ ſe
noti. vt dicat̄ intell's rerꝝ ꝑ ſe notarꝝ. dicat̄ āt ſcia cognitio
q̄rūcūq; rerꝝ nō ꝑ ſe notarꝝ. ſiue illa ꝑ ſe ſint: ſiue ꝑ accn̄s.
ſiue ſint necīa: ſiue poſſint aliter ſe hr̄e. ſiue cognitio illa
habeat̄ ꝑ ſigna ſiue ꝑ cām ¶ Tertio pōt accipi ſcia ma-
gis large ꝓ oi cognitione cuiuſlibet rei. ſiue ſit ꝑ ſe nota.
ſiue nō. ſʒ de h̄ tertio mō nihil ad p̄ns. Accipiēdo ğ ſciaʒ
2°°. vt ſolū excludit cognitionē ꝑ ſe notorꝝ tūc certū eſt ꝙ
ſolū oē ſic ſcibile ē dubitabile. ⁊ oē dubitabile ē ſic ſcibile
qꝛ q̄cq̄d n̄ ē ꝑ ſe notū ē dubitabile ⁊ ecō. ¶ 2m h̄ ğ expōīt
lr̄a ph̄i ita ꝙ ly v̄e ſcimꝰ nō excludat niſi cognitionē per
ſe notorꝝ. vt ſit ſenſus. q̄ōnes ſūt eq̄les nūero his q̄ v̄e ſci
mus. i. his q̄cūq; nō ſūt ꝑ ſe nota. Sʒ ſi accipiat̄ ſcia pro-
p̄e. tūc poſſumꝰ dupl'r oñdere q̄uo q̄ōnes ſūt eq̄les nūe-
ro his q̄ v̄e ſcimꝰ. ꝓ vt accipiant̄ qđ nō vl'r. ſed in rebꝰ q̄
ſunt ꝑ ſe. vt ſit ſenſus ꝙ q̄ōnes in rebꝰ q̄ ſunt ꝑ ſe de q̄bus
ſpectat ad demr̄atorē determinare ſunt eq̄les nūero his
que vere ſcimꝰ. Nā ea q̄ ſunt ꝑ ſe q̄dā ſunt itellecta. ⁊ iſta
ſunt ꝑ ſe nota. ⁊ nō ſunt dubitabilia. q̄dā aūt ſunt v̄e ſcita
⁊ oia iſta qꝛ nō ſunt ꝑ ſe nota ſunt dubitabilia in rebꝰ ğ q̄
ſunt ꝑ ſe. qꝛ ſolū de talibꝰ intēdit demōſtratoꝛ q̄ōnes ſunt
eq̄les nūero his q̄ vere ſcimꝰ. In talibꝰ. n. quot ſunt ſcibi
lia tot ſunt dubitabilia ⁊ ecō. ſm h̄ pʒ ſolutio ad argumē
F ta. ¶ Nā ꝯnes q̄ ſunt ꝑ accn̄s ⁊ q̄ ꝯtigūt al'r ſe hr̄e ⁊ q̄
ſolū ꝑ ſigna hn̄t ꝯcludi nō ſunt ꝑ ſe. in his ğ q̄ ſunt ꝑ ſe nō
hʒ dubiū dcm̄ ph̄i. ¶ Pōt aūt ⁊ h̄ al'r ſolui. qꝛ ſp̄ ipfectū
ad ꝑfectū hʒ reduci. Per accidēs ğ dʒ reduci ad ꝑ ſe. qđ
eſt per ſignū ad qđ eſt ꝑ cām. qđ pōt aliter ſe hr̄e ad qđ
non pōt aliter ſe habere. ꝯnes ğ ꝑ accn̄s ⁊ ꝑ ſigna ⁊ que
pn̄t aliter ſe habere dependēt a vere ſcibilibꝰ que ſunt ꝑ
ſe ⁊ ꝑ cām ⁊ q̄ nō pn̄t al'r ſe hr̄e. Ois ğ qđ eſt qđdā ſcibi
le vl' eſt reducibilis ad ſcibile. prioꝛ tn̄ ſolutio melioꝛ eſt.
¶ Vlteriꝰ forte dubitaret aliq̄s. qꝛ ph̄s icepit hūc librū G
ſcđm a ſciētia ⁊ a ſcibilibus. ¶ Dōm ꝙ lʒ inſtrumentuʒ
habet cognoſci ⁊ diffiniri per ſuum finē. cognito eni fine
inſtrumenti ſtatim ſcimus quale debeat eſſe illud inſtru
mentū ⁊ qual'r circa inſtr̄m illud debeamꝰ nos hr̄e. vt
cognito fine ſerre q̄ eſt ſecare dura ſtatim ſcimus qualis
debeat eſſe certa ſerra. qꝛ dʒ eē ferrea ⁊ dentata. ⁊ ſtatim
ſcimus qual'r debeamꝰ nos hr̄e circa ſerrā. qꝛ nō eodem
mō ſcindet ſerra ⁊ gladius qꝛ dentatū ⁊ nō dentatū non
eodē mō ſcindūt ſic cognito ſcire q̄s ē finis demr̄ationis
ex hoc poſſumꝰ ſcire q̄lis debeat eſſe demr̄atio ⁊ q̄l'r nos
debeamꝰ hr̄e ad demr̄ationē. cognito. n. ꝙ totū nr̄m ſcire
depēdet a cognitiōe medij. ſiue qđ idē eſt a cognitiōe eiꝰ
qđ qd eſt. ſtatiʒ appʒ ꝙ non poſſumꝰ plene determinare
de demr̄atione q̄ eſt organū ordinatū ad generādū ſciaʒ
niſi cōparemus eā ad qđ qd ē. Vidēs ğ ph̄s cōparare de
mōſtrationē ad qđ quid eſt incepit hūc 2m librū a ſcibili
vel a ſcia. oñdens ꝙ oia ſcibilia depēdēt a qđ qd eſt. ⁊ qꝛ
ſic eſt neſciremꝰ q̄uo demr̄atio faciat ſcire niſi cōparemꝰ
eā ad qđ qd eſt. ¶ Vlteriꝰ forte dubitaret aliq̄s. q̄re hūc H
librū nō incepit ſimpl'r a ſcire vel a ſcibilibꝰ. ſed incepit
ipſum a q̄ōnibus. ¶ Ad qđ dōm eſt ꝙ qđ eſt q̄dā motꝰ
admirationis q̄ eni querit admirat̄: ⁊ q̄ admirat̄ deſiderat
ſcire. idō dicūt q̄dā ꝙ icepit a q̄ōnibꝰ hūc librū. vt ꝑ admi-
rari trahat nos ad deſideriū ſcie. ¶ Poſſumus tn̄ aliter
reſpōdere ⁊ melius: ꝙ in hoc 2° agit̄ de inuētione medij.
Qui aūt venat̄ mediū ⁊ vult ip̄m inuenire nondum ſcit.
ſʒ dubitat ⁊ querit viam q̄uo deueniat ad ſciam. Demr̄a
tio ergo incipit a dubio. ⁊ terminat̄ ad ſciam. Demr̄atio
ğ eſt media iter dubitationē ⁊ ſciam. p̄us ergo dubitamꝰ
⁊ q̄rimus mediū. inuēto aūt medio ordinamꝰ ip̄m in de-
mr̄ationē ꝑ quā aggenerat̄ in nobis ſcia. Dubitatio ğ eſt
motus animi q̄ motus mediāte demr̄atione tanq̄ʒ medi-
ante organo aptus natus ē fieri ⁊ terminari ad ſciaʒ. Du
bitatio ergo p̄cedit ſciam. eſt ğ intētio ph̄i ꝙ in his q̄ ſūt
ꝑ ſe. quicūq; dubitat vult ſcire. nā in talibꝰ que ſunt ꝑ ſe
q̄ōnes ſunt eq̄les numero ſcibilibꝰ. dubitās ğ ſi vult ſci
re opʒ ꝙ ſciat ꝑ demr̄ationē. cū ğ oēs demr̄atiōes ⁊ ois
ſcia depēdeat a cognitione medij ⁊ a cognitiōe qđ qd ē.
nullus poterit motū ſue dubitationis finire ꝑ demr̄atio
nē ⁊ ꝑuenire ad ſciam. niſi ſciat q̄l'r demr̄atio ſe hēat ad
qđ qd eſt. bn̄ ğ ph̄s hūc 2m librū incepit a q̄ōnibus ⁊ a ſci
bilibꝰ: vt oſtēdat ꝙ tam q̄ōnes q̄ʒ ſcibilia dependēt a qđ
qd eſt. ⁊ vt ex hoc vlteriꝰ hēat ꝙ opʒ demr̄ationē cōpare
ad qđ qd ē cū oēs demr̄ationes q̄s demr̄atio terminat.
⁊ ois ſcia q̄ʒ demr̄atio aggenerat depēdeat a qđ qd ē. p̄ꝰ
aūt incepit a q̄ōnibꝰ q̄ʒ a ſcibilibꝰ. qꝛ i inueniēdo mediū đ
quo agit̄ in hoc 2° p̄ dubitamꝰ ⁊ poſtea ſcimꝰ. vtile eſt ğ
q̄rere ⁊ dubitare. ſʒ vtilius ē ſcire. tota tn̄ vtilitas tā du-
bitatiōis q̄ʒ ſcie a qđ qd eſt depēdet. ꝓp qđ demr̄atio ad I
qđ qd ē cōpanda ē. ¶ Vlteriꝰ qꝛ dicimꝰ ꝙ dubitare ē vti
le. Dubitaret forte aliq̄s vtrū de ſingulis ſit vtile dubita
re. ¶ Ad h̄ dōm ꝙ hec dubitatio nō pōt eſſe de eis de q̄
bus nō poſſumus dubitare. vt ſi q̄s q̄reret vtrū eſſet vti
le dubitare de ꝑ ſe notis. ipſo facto qđ ē nulla. qꝛ ipoſſ'e ē
per ſe ⁊ ꝓprie de talibꝰ dubitare. De his ğ q̄ ſufficiēter cō
prehēdimus ad ſenſum nō poſſumus dubitare niſi care
remus aliquo ſenſu. vel id de quo dubitaremus nunquā
fuiſſet in ſenſu. vt ſi q̄s dubitaret niuē eē albā. vl' careret
viſu. vel nūq̄ʒ vidiſſet niuē. ¶ Loquēdo ğ de his de q̄bꝰ K
poſſumus dubitare dicemus ꝙ dubitare idē ē ꝙ icertuʒ
eſſe: ſicut

eē. ſic ergo duplex ē certitudo: ita duplex pōt eē dubita/tio. eſt. n. certitudo duplex vt cōiter diſtinguit̄: qꝛ q̄dā eſt adheſionis: vt cum quis ita firmiter credit ⁊ ita firmiter adheret ꝙ nullo mō dubitat qn ſic ſit. Alia eſt certitudo ſpeculationis cū qs ita clare videt ⁊ ſpeculat̄ aliqd qꝺ certū eſt ſic eſſe. Cū ergo q̄ritur vtrū vtile ſit dubitare de ſingulis. ſi ſit qō de dubitatione adheſionis. ⁊ de hac du/bitatione nō loquit̄ phs. Attn̄ q̄dā ſunt qbus debemus ita firmiter adherere ꝙ non lȝ nobis de illis dubitare. vt ſunt ea que ſunt fidei. ſȝ ſi loq̄mur de dubitatione ſpecu/lationis. ſic dubitās nō hȝ oimodā ignorātiā de hoc de q̄ dubitat̄. qꝛ ſi oimodā ignorātiā haberet. nullatenus du/bitaret. ſic nec ruſticꝰ dubitat vtruȝ dyameter ſit ſimeter coſte de quo hȝ oimodā ignorātiā. vtiliꝰ g̊ eſſet de re ple/nam cognitionē hr̄e. nō tn̄ eſt inutile dubitare. i. aliq̄lem cognitionē hr̄e. anteq̄ȝ ergo ſciamus ⁊ an̄q̄ȝ ꝑueniamꝰ ad ſciam vtile ē de quolȝ dubitare. ⁊ de quolȝ aliqualē ꝑco/gnitionē habere. vt ſic dubitādo admiremur. ⁊ admiran/do poſſimus in ſciam deuenire. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Querimus autē quattuor. quia eſt: propter quid eſt: ſi eſt: quid eſt.

Argir. ¶ Querimus aūt quatuor: eſſe: propter quid eſt: ſi eſt: atq̄ȝ quid eſt.

Si 

¶ Enumerat hꝫ qōnes. Circa qꝺ duo fac. qꝛ ꝑ enūerat qō/nes. 2° oēs qōes enūeratas reducit ad qꝺ gd ē. ibi (Que/rimꝰ āt.) Circa ꝑᵐ tria fac. qꝛ ꝑ enūerat hꝫ qōnes dicēdo eas eſſe q̄tuor. 2° exeq̄tur de q̄libȝ illaꝝ. 3° epilogat circa determinata. ſcꝺa ibi (Cum querit̄ enim vtrū) tertia ibi (Que qdē igitur querimꝰ.) Dicit ergo (Querimꝰ autē q̄tuor). i. q̄tuor ſunt dubitabilia. vȝ. qꝛ ē. pp qd eſt. ſi eſt. ⁊

A qd eſt.) ¶ Notādū autē ꝙ id de q̄ q̄rit̄. vel eſt ſimplex. vl̄ eſt quid cōpoſitū. ſi eſt ſimplex de eo erit duplex qō. Una vtrū ſit. ⁊ hāc appellat ſi ē. alia qd ſit. ⁊ hāc appellat̄ qd ē. Alia ē qō nō de ſimplici nec ꝺ re. vt ſignificat̄ aliqd ꝰȝ ſe. ſȝ de cōpoſito ꝓut dꝛ eſſe aliqd in aliquo. ⁊ de hoc nō pōt ibi eſſe niſi duplex qō. Una vtrū hoc ſit in illo: ⁊ hāc appellat qꝛ eſt. i. qꝛ eſt. vel qꝛ ē in illo. Alia qō eſt pp qd ē. i. ꝓpter qd ſit in illo. nā cū ſcimus eſſe aliqd in aliquo. q̄/rimus qd ſit in illo. ⁊ hāc appellat pp qd eſt. q̄tuor g̊ ſūt qōnes. due ſimplices. ſi eſt ⁊ qd eſt: ⁊ due cōpoſite. qꝛ ē ⁊

B ꝓpter qd eſt. ¶ Notādum aūt ꝙ qō ſimplex differt a qō/ne cōpoſita. qꝛ qꝺ ſimplex querit eſſe ſimplex. vt ſi quere/rē de hoie vel de quolȝ alio ſi eſt hoc eſſet q̄rere ſimplr̄ de eē eius vtrū hr̄et eē. Sed qō cōpoſita nō q̄rit eſſe ſim/plex ſed q̄rit eſſe aliqd ſiue eē ꝰm partē. q̄rit eni vtꝝ hoc ſit hoc. vtrū homo ſit albus. vel vtꝝ luna eclipſetur. hoc nō eſt q̄rere ſimplr̄ vtrum luna ſit. ſȝ vtruȝ luna ſit tale qꝺ quid patiatur eclipſim. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Cū quidē eni vtrū hoc aut hoc ſit querimus in numeꝝ ponētes: vt vtrū ſol deficiat aut nō: ipm qꝛ q̄rimus. Signū iueniētes eniȝ qꝛ defi/cit pauſamus. Et ſi in principio ſciremus qꝛ deficeret. nō querimus vtrum deficeret.

¶ Nā cum querimus vtruȝ hoc an hoc ſit plu/ra cōplectētes hoc pacto: vtrū ſol deficiat: an non deficiat: eſſe tum querimus. Cuius id idi/cium eſt. Hoc enim inuento: ſolē inquā ipſuȝ deficere ſtatiȝ ceſſamꝰ. Atq̄ȝ ſi a pricipio ſoleȝ deficere ſcimꝰ: nō q̄rimꝰ vtrū deficiat ſol. Argir.

¶ Exequit̄ de q̄libet qōne. circa qꝺ duo facit. qꝛ ꝑmo exe/quit̄ de qōnibus cōpoſitis ⁊ ponētibus in numeꝝ q̄ ſunt qōnes ꝰm hoc ⁊ ꝰm aliqd. ſiue ꝰm partē cuiꝰ ſunt. qꝛ ē. ⁊ ꝓpter qd eſt. 2° exequitur de qōnibus ſimplicibꝰ de ſi eſt ⁊ qd eſt. ibi. (Quedā aūt alio mō) Circa ꝑmuȝ duo fac. quia primo exequitur de qōne. qꝛ eſt. 2° de ꝓpter qd eſt. ibi. (Cuȝ āt) dicit ergo (Cū quidē eni) ſupple querimus vtruȝ hoc an ſit hoc) ⁊ vtruȝ h̄ ꝑdicatū īſit tali ſubiecto. (querimus ponētes in numeꝝ). i. facimꝰ qōnē cōpoſitā (vt) ſu. ſi q̄ramꝰ (vtrū ſol deficiat. aut nō q̄rimꝰ ipꝫ qꝛ). i. facimꝰ qōnē cōpoſitā. q̄rimꝰ. n. vtruȝ defectus īſit ſoli (ſi/gnū āt huiꝰ. Nō iueniētes. n. qꝺ ꝺficit pauſamꝰ). i. ceſſat talis qō. vel ceſſat talis motus dubitatiōis. Et ſubdit. qꝛ (ſi in ꝑncipio). i. an̄ qōnē factā (ſciremus qꝛ deficeret) ſu. ſol (nō q̄rimꝰ vtrū) ſu. deficiat. g̊ cū q̄rimꝰ vtrum ſol defi/ciat ſignuȝ eſt ꝙ ꝑ hāc qōnē volumꝰ ſcire hanc veritatē. qꝛ ſol deficit. qꝛ ſi ſciremꝰ. ſolē deficere ſolē nō q̄reremus ⁊ poſtq̄ȝ hoc ſcimus qꝛ deficit pauſamꝰ. i. definimus hoc q̄rere. g̊ talis qō dȝ vocari qꝛ. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Cū aūt ſciamus ipm qꝛ: ipm ꝓpter quid q̄re/remus: vt ſcientes qꝛ luna deficit: ⁊ qꝛ mouet̄ terra ꝓpter qd deficit ⁊ ꝓpter quid mouetur terra querimus. hec quidem igitur ſic.

¶ Cū aūt ſcimus eſſe: tū ꝓpter quid eſt dicere cōſueuimus. Deficere nāq̄ȝ ſolem terramq̄ȝ moueri ſciētes cur deficit: querimꝰ aut moue/tur. Atq̄ȝ hec hoc pacto. Argir.

¶ Determinat de qōne pp qd. d. (cū aūt ſcimus ipſum qꝛ ipm pp qd q̄rimꝰ. vt ſciētes qꝛ deficit luna. ⁊ qꝛ mouet̄ terra) ſu. ad centrū. vel ad mediū q̄rimus (pp quid defi/cit) ſu. luna (⁊ pp qd mouet̄ terra) ſu. ad medium. ⁊ ſub/dit ꝙ (hec qdē igit̄ ſic) ſu. q̄rant̄. vel ſic intelligantur que/ri. qꝛ. ſ. ſunt qōnes cōpoſite. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quedā aūt alio mō q̄rimꝰ: vt ſi ē aut nō ē cē/taurus: aut ſi eſt deꝰ. Hoc aūt ſi eſt aut nō ſim/pliciter dico. Sed nō ſi album eſt aut non eſt.

¶ Quedā alio q̄rimus mō. Querimꝰ. n. ſi ſit: an nō ſit: cētaurꝰ aut deus. Si ſit āt nec ne ſim/plr̄ dico: ſed nō ſi albus ſit: aut non albus. Argir.

¶ Exequitur de qōnibꝰ ſimplicibꝰ. Circa qꝺ duo fac. qꝛ ꝑmo exeq̄tur de ſi eſt. 2° de qd ē. ibi (Cognoſcētes autē) Dicit g̊ ꝙ (q̄dā aūt q̄rimꝰ alio mō). i. ſimplr̄ nō per qōnē cōpoſitā ⁊ ponētem in numeꝝ (vt) ſu. cū q̄rimꝰ (ſi eſt aut non eſt centaurus. aut deus) ⁊ ſubdit (hoc autē ſi eſt. aut nō ē. dico). i. appello (ſimplr̄ ſȝ nō) ſu. appello eē ſimplr̄ (ſi eſt albus. aut ſi nō eſt albus) Si. n. q̄ro vtrum centau/rus ſit quero de eſſe cētauri ſimplr̄. ſed cū querit̄ vtrum ſit albus vel nō. nō eſt qō de eſſe eius ſimplr̄. ſȝ de eē tali. ¶ Notādū aūt ꝙ forte ꝑ centauꝝ intelligit aliquod fig/mentum. ſicut hyrcoceruus ⁊ chymera q̄dam figmenta C

noiant.talia.n.hñt minimū de eſſe.tales ğ qōnes ſi res ē vel nō eſt:poſſunt fieri de nō entibus ſimplr̄ vt figmētis. ⁊ ēt pñt tales qōnes fieri de hñtib⁹ maximū eſſe.vt de in corruptibilib⁹.iō phs volēs exēplificare de qōne ſi ē exē plificauit de centauro ⁊ de deo.ꝙ aūt talis qō.vz.ſi ē poſ ſet fieri de his q̄ hñt medio mō eē.vt de hoie ⁊ de leone. ⁊ de alijs corruptibilib⁹.q̄ nec ſunt figmēta.nec hñt ma ximū eē.nulli dz eſſe dubium.❡Deinde cum dicit.

❡Cognoſcentes aūt q: eſt.qd eſt q̄rim⁹ vt qd eſt deus:aut quid homo.

Argir. ❡Hoc ꝑcepto.Deū iquā eē:vl̄ hoiēz qd ē po ſtea q̄rim⁹:vt qd eſt deus quid homo.

❡Exeqtur de qd eſt.d.(Cognoſcētes autē q: eſt).i.ſi eſt. (q̄rim⁹ qd eſt.vt)ſu.ſciētes ſi deus eſt.aut ſi hō eſt. queri mus(qd eſt deus.aut qd ē hō.)❡Dubitaret forte aliqs vtꝛ̄ de figmētis poſſit fieri hec qō.vz.qd ē.❡Dōz.ꝙ qd eſt.vno mō ē ꝑcognitio.alio mō ē qō. Nā qd ē qꝺ dr per nomē eſt ꝑcognitio.nā figmēta noīuz debēt p̄ſupponi in q̄lz ſcia. Ad talia.n.nō eſt rō.eo ꝙ ſunt ad placitū.Qōes ğ de qbus hic phs dicit.non ſunt qōnes de qd nois.q: ta lia nō ſunt ꝟe ſcita.nec ſunt ꝟe ꝯcluſa in aliq̄ ſcia ſed ſunt queſtiones de quid rei:ſed licet quid nominis ſit entiuz ⁊ nō entiū.q: ipa figmēta poſſunt habere qd nois.tñ qd rei nō eſt niſi entiū. Cognitio.n.qd aliqd eſt loquēdo de qd rei p̄ſupponit qōnē ſi eſt.Figmentoꝝ aūt talis qō eſſe nō pōt.ſignāter aūt phs exēplificādo de qōne ſi eſt exem plificauit de centauro p qꝺ nō poſſum⁹ intelligere aliqꝺ figmētū.q: talis pōt eſſe qō ēt figmētoꝝ.ſed exēplifican do de qōne qd eſt.non exēplificauit niſi de entibus.vt de deo.q: talis qō vt hic de qōne agit̄.non niſi entiū eē pōt. poſſum⁹ āt p deū itelligere celū.vel ad lr̄am ipm deuz.lz ꝓpe dō nō cōpetat diffiniri.q: ei nō cōpetit finiri nec hře finē nec terminū.ſz h̄ non obſtat qn de eo poſſit queri qd eſt.Nā ſicut p̄t queri ſi eſt de eo qꝺ nō hz eē.ita p̄t q̄ri qd eſt de eo qꝺ nō hz diffōnē.Nā nunq̄ȝ qō p̄ſupponit id qꝺ q̄rit̄.Qō ğ ſi ē q̄ q̄rit de eē nō p̄ſupponit eē rē. ſz p̄t fieri de figmēto ſic ēt qō qd eſt loquēdo de qd rei.lz p̄ſuppōat rē eē.q: nō pōt eē niſi entiū.nō tñ p̄ſuppōit id qꝺ querit. Pōt ğ fieri talis qō dꝫ nō hñtib⁹ diffōnē.Uel poſſum⁹ di cere ꝙ accipit̄ h̄ qd ē large.ſz quē modū de ipſo rñdem⁹ ad quid.vt ſi q̄reret̄ a nobis quid eſt deus.diceremꝰ ꝙ ē id quo maius cogitari non poteſt.❡Deinde cū dicit.

❡Que qdē igit̄ q̄rimus ⁊ que īuenientes ſci mus hec ⁊ tot enim ſunt.

Argir. ❡Hec igitur ⁊ tot ſunt que querere cōuenim⁹ ⁊ que iam ſcimus inuenta.

❡Epilogat circa ꝺterminata.d.(Que qdē igr̄ q̄rim⁹.⁊ q̄ inueniētes ſcim⁹ h̄ ⁊ tot ſunt.)vz.q̄tuor duo ſimplicia.⁊ duo cōpoſita.Dicit aūt ꝙ que q̄rimus hec inueniētes ſci mus.q: qōnes ſunt equales numero ſcibilib⁹. De ſcibi libus eniz ꝑmo dubitamus.⁊ tūc q̄rimus.poſtea illa ea dē inuenimus.⁊ tūc q̄rēdo dubitam⁹.iueniēdo ea ſcim⁹. Dicit ēt ꝙ hec ⁊ tot ſunt.q: ipſe nō ſolum docuit nos de qōnibus quot ſunt numero:ſz ēt q̄ ſunt ꝑm eſſentiam.q: ois qō vel eſt qō de ſi eſt.vel de qd eſt vel de q: eſt.vel de propter quid eſt.❡Deinde cum dicit.

❡Querimus aūt cū querim⁹ q: aut ſi eſt ſim pliciter vtrū ſit mediū ipſius aut nō.Cum aūt cognoſcentes aut q: eſt:aut ſi eſt : aut in parte aut ſimplr̄.tunc iteꝝ ꝓpter quid q̄rimus aut quid eſt.⁊ tunc querimus quid ſit medium.

Argir. ❡Cū aūt querimus eſſe: aut ſi eſt ſimpliciter: tū ſi ſit:nec ne ipſius mediū querimus. Atq̧ cognito vel eſſe:qui qdē modus aliqua ex ꝑte rei cōplectit̄ queſtionē:vel ſi eſt : qꝺ qdē ſim plex ē rei qō:rurſus ꝑꝑ qd eſt:aut qd ē q̄rim⁹ qd nā ſit:tūc ipm mediū q̄rim⁹ : atq̧ moduz.

❡Enumeratis qōnib⁹ reducit oēs hꝫ qōnes ⁊ ad qōnē vnā.vz.ad qōnē de medio.Circa qꝺ duo facit. nam cum ſint q̄tuor qōnes ꝑmo reducit has q̄tuor ad duas.vz.ad ſi eſt mediū.⁊ ad quid eſt mediū.2° reducit has duas ad vnā ibi(Cauſa qdē enim) Circa ꝑmū tria facit.q: primo facit qꝺ dictū ē.ſcꝺo q: mētionē fecerat de eſſe in ꝑte ⁊ dꝫ eſſe ſimplr̄.exponit ſe qd appellat vtrūq̧.3° ꝯcludit ꝯclu ſionē intētā.vz.oēm qōnē eſſe duplicē.q: p oēm qōnem q̄rit̄ ſi eſt mediū.vel qd eſt mediū.ſcꝺa ibi.(Dico aūt)ter tia ibi.(Cōtingit itaq̧)Dicit ergo(querimus aūt cum q̄ rimus.q: eſt)q̄ȝtum ad qōnē cōpoſitā.(aut ſi eſt ſimplex) quātū ad qōnē ſimplicē(vtꝝ ſit mediū ipſi⁹ aut nō).q.d. ꝙ he due qōnes.q: eſt in cōpoſitis.⁊ ſi eſt ſimplicib⁹ nō faciūt niſi vnā qōnē.vz.vtrū ſit mediū.vl̄ ſi eſt mediū.Et ſubdit ꝙ(cū aūt coḡſcētes)ſcim⁹(aut q: ē).ſ.mediū(aut ſi ē)ſup. mediū(aut i ꝑte.aut ſimplr̄. Iteꝝ q̄rim⁹ ꝑꝑ qd ē) q̄ȝtuz ad qōnes cōpoſitas(aut qd eſt)q̄ȝtuz ad ſimplices (⁊ tūc querim⁹ qd ſit mediū).q.d.ꝙ he due alie qōnes. vz.ꝑꝑ qd ē in cōpoſitis.⁊ qd eſt i ſimplicibus nō faciunt niſi vnam qōnem.vz.quid ſit mediū.tūc ergo eſt ſupplē da ratio.q: ſi eſt ⁊ quia eſt.non faciunt niſi vnam qōnem vz.ſi eſt mediū.⁊ quid.⁊ propter quid eſt.non faciūt niſi vnā aliā.vz. qd ē mediū. oēs he q̄tuor qōnes non ſunt niſi due.vz. ſi eſt mediū. ⁊ quid eſt medium.❡Notan dum autem ꝙ hoc quod dicit.cognoſcentes aūt aut q: eſt.aut ſi eſt.aut in ꝑte.aut ſimplr̄.pōt dupl̄r legi.ꝑmo vt referant̄ ſingula ſingulis. vt in parte referat̄ ad q: eſt. ⁊ ſimplr̄ referat̄ ad ſi eſt.vt ſit ſenſus.cognoſcentes autem q: eſt.quod idē eſt.quod aut in parte.aut cognoſcētes ſi eſt quod idē eſt qꝺ aut ſimplr̄.tūc in parte querimus ꝑꝑ qd ⁊ ſimplr̄ quid.quid ſit aūt in parte.⁊ quid ſimplr̄.ſta tim dicet̄. Uel pōt aliter legi. vt ꝙ ꝓ eodē accipiat̄.q: ē. ⁊ ſi eſt.Naz cum ſupius dixit cognoſcentes.q: eſt.queri mus qd eſt p q: eſt.itellexit ſi eſt.tunc ğ erit ſic ſenſus. q: cū cognoſcim⁹ de aliq̄ q: ē.vel ſi ē.⁊ hoc vel in ꝑte q̄ȝtum ad qōnes cōpoſitas.vl̄ ſimplr̄ q̄ȝtū ad ſimplices.tūc hec ſciēdo ſciem⁹ ſi ē mediū.⁊ q̄rim⁹ vlteri⁹ qd i ſimplicib⁹ ⁊ ꝑꝑ quid i cōpoſitis.vt ſciam⁹ qd ſit illud mediū.❡Dubi taret forte aliqs qūo ſi ē.⁊ q: ē.q̄rūt ſi mediū ē.⁊ qd ⁊ ꝓ pter qd q̄rūt qd ē mediū.❡Dōm.ꝙ ſi ē.⁊ q: eſt.nō dicūt vt patuit.niſi q: ſi ē.q̄rit eē ſimplr̄ vt ſi ē luna. aut hō.ſed q: ē q̄rit eē i ꝑte q: q̄rit aliqd dꝫ aliquo.vt q̄rit paſſionē dꝫ ſubo.vl̄ aliqd aliꝺ ꝑdicatū.Nō.n.qō.q: ē.querit vtꝝ hō ſit ſimplr̄.ſz vtꝝ ſit riſibilis vel vtꝝ ſit aliqd aliꝺ. ⁊ ſicut dr̄nt ſi ē.⁊ q: ē.q: qꝺ vna q̄rit i ſimplicib⁹.alia q̄rit i cōpo ſitis.ſic dr̄nt qd ē ⁊ ꝑꝑ qd ē.q: qd q̄rit qd ē i ſimplicib⁹ ⁊ ꝑꝑ qd q̄rit i ꝯpoſitis.❡Hoc viſo dicam⁹ ꝙ nll̄a qō dꝫ q̄ h̄ agit̄ q̄rit de ꝑncipijs vel de cāis ꝑꝫ ſe ſz q̄rit de cātis vl̄ de ꝑncipiatis.Nā ꝑnⁱ nō ſūt ꝟe ſcita.imo ſunt intellecta. Qōes ğ q̄ ſūt eq̄les nūero his q̄ ꝟe ſcim⁹.nō ſunt de ꝑnci pijs ꝑꝫ ſe.vel ſi ſunt de ꝑncipijs ğ eſt i ordie ad ꝑncipiata ꝑꝫ ſe.Ergo ſolū q̄rim⁹ de cātis.⁊ ꝑncipiatis.Eē āt cātoꝝ ſiue illa cāta ꝓferant̄ mō ſimplici.ſiue mō ꝯpoſito eſt ex ſuis cāis.Dubitare ğ dꝫ aliq̄ cāto an ſit.ē dubitar̄ an hēat cāz ſui eē.ex q̄.n.ſupponit̄ tā de ſimplici q̄ȝ dꝫ cōpoſito ꝙ ē qd cātū.q: alr̄ nō eēt qd dubitabile. cū eē cāti ſi ſit niſi ex cā.dubitare an cātū ſit ē dubitare an ſit cā. ⁊ p ꝯn̄s an ſit mediū.q: cā ē mediū ad iferēdū ſuū cauſatū. ğ ſiue q̄ ras q: eſt vt i ꝯpoſitis.ſiue ſi eſt.vt i ſimplicib⁹ ſp q̄ris ſi ē

A B E F G

cā vel ſi ē mediū. ¶ Rurſus qñ ſcim⁹ cātū hr̄e cām. tunc
q̄rimus qd ſit illa cā. q2 q̄rēdo i ſimplicib⁹ quid ſit illud
cātū. in ꝯpoſitis ħ querēdo q̄rim⁹ pp qd ſit tale cātū. Nā
ſcire cām q̄re aliqd ſimpl'r ſit ħ ē ſcire ſuā qditatē p quā
ſimpl'r ē. ſic ēt in cōpoſitis q̄rere pp qd ħ inſit illi. ħ eſt q̄re
re qd ſit cā talis inherētie. Ergo ſic̄ ſi ē in ſimplicibus ⁊
q2 ē in cōpoſitis q̄rūt ſi cā eſt. vel ſi eſt mediū. ita qd eſt in
ſimplicib⁹. ⁊ ꝓpter qd i ꝯpoſitis q̄rūt qd ſit illa cā ⁊ qd
ſit illud mediū. Ois ḡ qō ē de medio. vel de cauſa in ordi
ne ad cāta. nā ꝺ cāis ⁊ ꝑncipijs ſm ſe nō pt eē qō. q2 talia
ſm ſe ſūt p ſe nō. ⁊ talia ſʒ ſe nō ſunt ſcibilia ſʒ itelligibi/
lia. ſʒ lʒ ꝑn^a ſʒ ꝙ hꝰ ſint p ſe nō. tñ nō eſt p ſe notū qūo oia
ꝯtinent in ꝑncipijs. iō ois qō ē de ipſis cāis ⁊ de ipſis ꝑn
A cipijs. ⁊ i ordie ad cāta ⁊ ad ꝑncipiata. ¶ Dubitaret for
te aliqs qūo ois qō eſt de cā in ordie ad cāta. vel de ꝑnci/
pijs in ordine ad ꝑncipiata. ſiue de medio in ordie ad cō/
clones. ¶ Dōm. ꝙ cū cātū ꝓbaꝛ p ſuā cām. vel cū cōcl'o
aliq̄ demrāꝛ p aliq̄ ꝑn^a vel p aliqꝺ mediū. q̄rem⁹ de illis
ꝑncipijs ⁊ de illo medio. vtꝝ poſſint demrāri vel nō: q2 ſi
poſſint demrāri nō erūt ꝑn^a ſimpl'r. q2 hn̄t alia ꝑora ꝑn^a.
Principia aūt ſimpl'r ſunt idemrābilia. ⁊ talia oʒ ꝙ ſint
p ſe nō. vel q̄ſi p ſe nō. de talib⁹ ḡ ſm ſe nō ē qō. q2 nō ſunt
dubitabilia. ſʒ lʒ nō ſit qō ꝺ ipſis medijs vl' de ipſis ꝑnci/
pijs ſm ſe. qō tñ eſt de ipſis ſm ordinē ad cāta ⁊ ad ꝑnci
piata. Uel vt magis ꝓꝑe loq̄mur ois qō ꝺ ipſis ꝑncipijs
⁊ de ipſis cāis ꝓut ad ea ordināꝛ ꝑncipiata ⁊ cāta. vl' ois
B qō eſt de ipſis medijs ꝓut ad ea ordinanꝛ ꝯ̊nes. ¶ Dice
mus ḡ ꝙ in nobis duplex ē mot⁹. Unus dubitationis ⁊
iſte incipit ab effectu ⁊ tēdit i cāʒ. Iſte ḡ motus nihil aliꝺ
q̄rit niſi īuenire cāʒ. ⁊ iō ois qō dr̄ eē de ipſa cā vl' de ipſo
medio. Alius ē motus certitudinis. ⁊ iſte icipit a cā ⁊ tē/
dit in effectū. hn̄tes eni effectū dubitam⁹ ⁊ q̄rim⁹ cāʒ. Cū
aūt iam hēmus cām p eā iā certificatā. ⁊ p ipſam ſm cer
titudinem tendimus in effectum. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Dico aūt q2 ē aut ſi ē i pte ⁊ ſimpl'r: in parte
qdeʒ vtrū deficit luna aut augeꝛ. Si. n. eſt ali/
qd aut nō ē aliqd in hmōi inq̄rim⁹ ſimpl'r aūt
eſt ſi eſt aut non eſt luna aut nox.

Argir. ¶ Tū aliqua ex pte rei qōnē cōplecti dico: cuʒ
hoc dr̄ pacto: deficit ne luna: aut accreſcit: tuʒ
enī: vt patet ſi quippiā cōpetat: inſitq3 cuipiaʒ
querīꝛ: ſimplicē hāc qōnē appello. Eſt ne lu/
na vel nox: vel dies.

¶ Exponit ſe qd appellauit ſimpl'r. ⁊ qd i pte. d. (Dico āt
q2 ē aut ſi ē in pte. aut ſimpl'r. i pte qdē vt vtrū deficit lu/
na aut augeꝛ. Si. n. eſt aliqd aut non ē aliqd h⁹ q̄rimus.)
q. d. ꝙ ſic q̄rendo nō q̄rim⁹ ſi luna ſit ſimpl'r ſed ſi ſit ali/
qd tale. vel nō ſit aliqd tale. vtputa ſi aliqd eſt augmenta
bile. vl' aliqd defectibile vel nō ē aliqd hoꝝ. Et ſubdit ꝙ
(ſimpl'r aūt ē) ſu. qō (ſi ē aut nō ē luna aut nox). i. aut ſi eſt
vel non eſt. Cū. n. q̄rim⁹ de luna. vel de nocte. ſi eſt vel nō
eſt. q̄rim⁹ de eē eoꝝ ſimpl'r. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Cōtingit qdē itaq3 in oibus qōnibus quere
re aut ſi eſt aut quid eſt medium.

Argir. ¶ Fit igiꝛ vt omnibus in queſtionibus quera
tur: aut ſi ſit mediū: aut qdnā mediū ipm ſit.

¶ Concludit ꝯ̊nē intētā. vʒ. ꝙ oēs he quatuor qōnes non
ſūt niſi due. vʒ. ſi ē mediū. ⁊ qd ē mediū. iō dicit ꝙ (contin
git itaq3 in oib⁹ hꝰ qōnibus). i. in oib⁹ his q̄tuor qōnib⁹
(querere) ſu. duo (aut ſi ē.) mediū (aut qd eſt medium.)

¶ Cauſa quidem enim medium ē. In oibus
autē talibus hoc queriꝛ vtrū deficit. vtrum ſit
aliquod medium aut non. Poſt hoc ſcientes
quia eſt quid igitur hoc ſit querimus.

¶ Cauſa enim eſt ipſum mediū atq3 vniuerſis Argir.
hec queritur: deficit ne luna: ē ne huius aliqua
cauſa: Poſtea cognito hoc cām inquam ali/
quam eſſe: quid nā ſit illa cā querimus.

¶ Poſtq̄3 phs oēs has q̄tuor qōnes reduxit ad duas. vʒ.
ad ſi ē mediū ⁊ ad qd ē mediū. In pte iſta reducit oēs qō
nes ad qōnē vnā. ¶ Propter qꝺ ſciēdū. ꝙ oēs q̄tuor qō C
nes nō pñt reduci ad vnā. ħ ē pp dr̄iaʒ q̄ ē iter eas. Nā ſi
nō eēnt qōes differētes oēs qōes eēnt vna qō. Si ḡ du/
biū eſt de vnitate. hoc ē pp dr̄iam q̄ eſt iter eas. Poſſum⁹
aūt dicere qūo iter hꝰ qōnes eſt triplex dr̄ia. Una dr̄ia ē
ꝓut q2 ē cōparaꝛ ad qd eſt. Alia eſt ꝓut q2 ē cōparaꝛ ad
qōnem ſi eſt. Tertia dr̄ia ꝓut qd ē cōparaꝛ ad pp qd eſt.
Poſſet aūt ⁊ aſſignari q̄rta dr̄ia ⁊ q̄nta ⁊ ſexta. ſʒ de ħ in
qōnib⁹ diceꝛ. Ad pñs āt phs volēs ꝓbare oēs has qōes
eē vnā qōnē. q2 q̄libʒ qō ad quācūq3 qōnē cōpata vnam
⁊ eādē qōnē dicit. tria facit. q2 ꝑ oñdit ꝙ ē vna qō q2 ē ⁊
qd ē. 2° ꝙ ē vna ſi ē ⁊ q2 ē. 3° ꝙ eſt vna qd ē ⁊ pp qd ē. Uel
qꝺ idē eſt intētio ei⁹ eſt oñdere ꝙ oēs he qōnes ſunt vna
qō ⁊ ꝙ hꝰ vnitas nō tolliꝛ ex eo qꝺ q2 ē differt a quid eſt
nec ex eo ꝙ q2 eſt differt a ſi ē. nec ex eo ꝙ quid ē differt a
pp qd ē. 2ª ibi (Cā. n. ipſi⁹) tertia ibi. (In oib⁹. n. his.) Di/
cit ḡ ꝙ (cā qdē. n. mediū ē). q. d. ꝙ i demrātionib⁹ idē eſt
mediū ⁊ cā. Et ſubdit ꝙ (in oib⁹). ſ. qōnib⁹ (hoc q̄riꝛ). ſ.
mediū ⁊ cā. ḡ oēs qōnes ſunt vna qō. Et ꝙ oēs hꝰ qōes
ſint vna qō hoc oñdit. ⁊ ꝑ ex eo ꝙ ſit eadē qō q2 ⁊ quid.
Uñ ſubdit. vt (vtrum deficit). i. qō illa que q̄rit. vtꝝ luna
deficiat ē (vtrū ſit mediū aliqꝺ. aut nō poſtea hoc ſciētes
q2 eſt). ſ. mediū. (qd igiꝛ ſit hoc). i. qd igiꝛ ſit mediū (q̄ri/
mus) ḡ tā qō q2 ē. q̄3 qō quid ē pñt dici vna qō q2 vtraq3
eſt qō medij. lʒ aliter ⁊ aliter. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Cauſa eni ipſius ē eē. Non hoc aut hoc. ſed
ſubſtantiā ſimpl'r aut nō ſimpl'r ſed aliqd eoꝝ
que ſunt per ſe aut ſcđm accidēs medium.

¶ Cauſa enim tam eēndi ſimpliciter. q̄3 eēndi Argir.
quippiā eoꝝ: que vel per ſe vel per accidēs cō/
petunt ipſum medium eſt.

¶ Oñdit ꝙ oēs he qōnes ſunt vna qō. q2 idē q̄rit. q2 eſt. ⁊
ſi eſt. Circa qꝺ duo facit. q2 ꝑmo facit qꝺ dictum eſt. 2° q2
mētionē fecerat de eē ſimpl'r ⁊ de eē ſm quid exēplificat
de vtraq3 ibi (Dico aūt ſimpl'r.) Dicit ḡ ꝙ (mediuʒ eſt. n.
cā ipſius eē nō ħ aut hoc. ſʒ ſubm ſimpl'r. aut non ſimpl'r
ſed aliqd eoꝝ q̄ ſunt per ſe. aut ſm accñs). q. d. ꝙ ſiue q̄/
ratur eē ſimpl'r: cuiuſmodi q̄ritur de ſubo. qꝺ nō eſt eſſe
hoc. aut hoc. ſʒ eſt eē ſimpl'r. ſiue q̄ratur eē nō ſimpl'r. ſʒ
eē aliqd. i. ſm qd cuiuſmodi eſt eē eoꝝ q̄ ſunt p ſe. vel per
accñs. ſp in oibus talib⁹ cā q̄ q̄riꝛ eſt ipm mediuʒ. ḡ oēs
tales qōnes ſunt vna qō. ſ. qō medij. ¶ Notandū aūt ꝙ D
de ſubo pōt q̄ri aliqd ſimpl'r. ⁊ non ſimpl'r. vt de luna pt
queri aliqd ſimpl'r. vt cū non q̄riꝛ vtrū hoc ſit. aut nō ſit
hoc. vt vtrū ſit eclipſata aut nō. ſʒ vtrū ſit ſimpl'r: ⁊ tūc ē
qō ſi eſt. aut ēt de ſubo. vt de luna pt q̄ri nō ſimpl'r: vt cuʒ
q̄riꝛ de ea aliqd eoꝝ q̄ ſunt ei p ſe vel p accñs: ⁊ tūc ē qō
q2 eſt. Siue ḡ q̄raꝛ de luna q̄3tū ad eē ſimpl'r. ſiue q̄3tū ad
eē aliqd. ſp q̄riꝛ cā ⁊ mediū hui⁹ eē ḡ qō q2 eſt. ⁊ ſi eſt. eſt
vna qō. vʒ. qō cāe vl' medij. ¶ Dubitaret forte aliqs qūo E
demrātio poſſit vti his q̄ ſūt p accñs. ¶ Dōʒ. ꝙ ſic ineſſe
p ſe hʒ ſuā cām. ita ineſſe nō p ſe hʒ ſuā cāʒ. Nā ſi affirma

tio eſt cā affirmatiōis.ꝛ negatio ē cā negatiōis. vt ſi hīe ꝑ
ſe angulū ē cā ꝑ ſe hīe tres.ꝛ nō hīe ꝑ ſe angulū ē cā nō ꝑ
ſe hīe tres. Dicem⁹.n.ꝙ lꝫ idē ſit triāgul⁹ ꝛ ꝓncipiū figu
raꝝ.nā triāgulus ē ꝓncipiū oīuꝫ figuraꝝ recti lineaꝝ.qꝛ
in ipſum reſoluunt̄ oēs figure tales. Hoc tñ nō obſtāte ꝙ
idē ſit ꝓncipiū figuraꝝ ꝛ triāgulus.attñ triāgulus habet
tres in eo ꝙ triāgulus.nō in eo ꝙ principiū ita ꝙ accidit
primo figuraꝝ hīe tres. Nā triāgulus hꝫ angulū extrin-
ſecū ſm ꝙ ipm ꝛ ꝑ ſe.non ſm ꝙ principiū figuraꝝ. Ex h
ḡ poſſet fieri demr̄atio.ꝛ ꝙ triāgulus hꝫ tres per ſe.ꝛ ꝙ
ꝓnm̄ figuraꝝ ꝑ accñs. Eſſet.n.prima demr̄atio talis.qcqd
ꝑ ſe hꝫ angulū extriſecū ꝑ ſe hꝫ tres.triāgulus ē hꝰ.ḡ ꝛc.
Scḋa aūt demōſtratio eēt talis.cuicūqꝫ accidit hīe angu
lū extrinſecū.accidit hīe tres. ꝓncipium figuraꝝ eſt hꝰ.
f ḡ ꝛc. ¶ Ex quo pꝫ ꝙ ſicut ſcia eſt de corruptibilib⁹.ꝛ de
mobilib⁹.ꝓut de eis fiunt icorruptibiles ꝛ imobiles rō
nes.ita ſcia demr̄atiua ꝑt vti his q̄ ſūt ꝑ accñs ꝓut in ta
libus inuenit̄ aliqd ꝑ ſe. Nā ſicut ē ꝑ ſe ꝙ id qḋ ꝑ ſe hꝫ an
gulū extriſecū.ꝙ ꝑ ſe hꝫ tres.ita eſt ꝑ ſe ꝙ cui accidit hīe
talē angulū.ꝙ ei accidit hīe tres. Cauſa ergo hīe ꝑ acci-
dēs tres eſt cā hīe per accñs angulum. Siue ḡ queratur
de re q̄ꝫtū ad eſſe ſimplr̄ ſiue nō q̄ꝫtum ad eſſe ſimplr̄ ſed
ꝓut hꝫ eſſe ſub aliq̄ paſſione:ſiue illa paſſio inſit ꝑ ſe ſiue
per accñs.ſemꝑ in oībus talib⁹ q̄ritur mediū ꝛ cā ꝛ oēs
tales qōnes ſunt vna qō. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Dico aūt ſimplr̄ ſubm̄ vt lunā aut terrā aut
triangulū. Quid aūt eſt defectum ꝛ eq̄litatem
vel ineq̄litatem ꝛ ſi in medio ſit aut non ſit.

Argir. ¶ Atqꝫ ſimpliciter eſſe dico ſubiectuꝫ ipm: vt
lunā: aut ſolē: aut terrā: aut triāgulū quippiaꝫ
eſſe: vt defectionē ſi in medio vniuerſi ꝯſiſtat:
an nō in eo conſiſtat equalitatē inequalitatem
ꝛ huiuſcemodi.

¶ Qꝛ fecerat mētionē de eē ſimplr̄ ꝛ de eſſe aliqd.ſiue de
eē qd.ſiue ſm qd: nūc exponit quid ſit vtrūqꝫ.d.(Dico āt
ſimplr̄ ſubm̄ vt lunā aut terrā.aut triāgulū).i.tūc querit̄
de ſubō q̄ꝫtū ad eē ſimplr̄ cū q̄rit̄ de luna ſm ſe vel de ter
ra vel de triāgulo. Et ſubdit(qd aūt eſt).i.tūc q̄rimus de
aliquo qd.i.ſm qd ꝛ ſm ptē cū q̄rim⁹(defectū)q̄ꝫtum ad
lunā.nō vtrū ſit ſimplr̄.ſꝫ vtrum deficiat.vel non deficiat
(ꝛ eq̄litatē vel ineq̄litatē)q̄ꝫtū ad triangulū.vt cū nō que
rimus de triangulo vtrū ſit ſimplr̄ ſed vtrū habeat duo
bus rectis equales vel non equales(ꝛ ſi in medio ſit aut
non)q̄ꝫtum ad terram vtrū ꝯueniat ei iſta paſſio.ſ.vel eē
in medio vel non. ¶ Deinde cum dicit.

¶ In omnibus eñi his manifeſtū eſt ꝙ ideꝫ ſit
querere quod quid eſt ꝛ propter quid eſt.

Argir. ¶ In his enim omnibus patet idem eſſe quid
eſt: atqꝫ propter quid eſt.

¶ Oñdit ꝙ oēs he qōnes ſunt vnā qō.qꝛ ideꝫ q̄rit qd ꝛ
ꝓpter qd. Circa qḋ tria facit.qꝛ ꝓmo hāc v̄itatē ꝯcludit
ex habitis.2° ad hac v̄itatē ꝓbādā adducit rōnes nouas
3° ꝯcludit ꝯnē intentā.ſ.ꝙ oēs he qōnes ſunt vna qō.vꝫ.
medij.ſcḋa ibi(Amplius qdē eſt defectus)3° ibi(Quod
quid eſt igit̄)Dicit ergo(In oībus.n his).i.in oībus his
qōnibus. In oībus.n.his in quibus q̄rimus vel de ſubie
cto q̄ꝫtū ad eſſe ſimplr̄.vel q̄ꝫtum ad eſſe qd(manifeſtum
G eſt ꝙ idē ſit ꝙ quid eſt ꝛ ꝓpter quid eſt.) ¶ Notandum
aūt ꝙ ex habitis pōt patere ꝙ idē ſit querere quid ꝛ pp
quid.qꝛ vtraqꝫ eſt qō medij.vtraqꝫ.n.q̄rit qd ſit mediuꝫ.
Dicemus.n.ꝙ ſicut ſe hꝫ ſi eſt ad qꝛ eſt.quia vtraqꝫ eſt qō
medij.ꝛ vtraqꝫ querit ſi eſt medium.ſic ſe hꝫ qd eſt ad pp
quid ē.qꝛ vtraqꝫ ē qō medij.vtraqꝫ.n.q̄rit qd ſit meḿ. Si
ḡ ex hitis māifeſtū ſit ꝙ idē q̄rit qꝛ ē.ꝛ ſi eſt.ex hitis ma-
nifeſtū eē dꝫ ꝙ idē q̄rit qd ꝛ pp qd. ¶ Nōn̄ āt ꝙ phs h h
vꝫ ꝯdicere his q̄ iferi⁹ dicet.dicet̄.n.infra ꝙ qd.ꝛ pp qd
nō idē dicūt. Sꝫ qd ē demr̄ationis ꝯ vt ibi dicetur.pp qd
aūt demr̄ationis ꝓnm̄.ſꝫ qūo hec ꝯtrouerſia ſoluit̄.in le-
ctiōe illa. Iteꝝ āt ſpeculādū eſt.dicet̄.vbi de h ſpālis mo
uebit̄ qō. Cui ḡ cure eſt nūc hāc ꝯtrouerſiā ſcire ſoluere
qōnē de h ibi motā legendo ꝑcurrat. ¶ Dubitaret forte I
aliqs.qꝛ vꝫ phs in ſufficiēter probare ꝙ qōnes oēs ſunt
vna qō.vꝫ.qō medij.nā cū quatuor ſint qōnes poſſūt ſex
modis cōbinari.ipſe aūt nō exeq̄t̄ niſi de trib⁹ cōbinatio
nib⁹. Oñdit.n.ſupra ꝙ idē q̄rit qd eſt ꝛ qꝛ ē.qꝛ vtraqꝫ q̄-
rit medium.2° executꝰ eſt de aliq̄ cōbinatiōe ꝙ idē q̄rit ſi
eſt ſubm̄ ſimplr̄ ꝛ qꝛ eſt aliqd eoꝝ q̄ ſunt nō ſimplr̄.vt qḋ
idē q̄rit qꝛ eſt.ꝛ ſi eſt qꝛ vtraqꝫ q̄rit vtrū ſit mediū.3° exe-
cut⁹ ē de cōbinatione tertia.ita ꝙ idē q̄rit qd eſt.ꝛ pp qd
eſt. Adhuc ḡ deberet exeq de trib⁹ alijs cōbinationibus.
vꝫ.qḋ idē q̄rit.qꝛ ē.ꝛ pp qd ē.ꝛ ſi ē.ꝛ qd ē.ꝛ ſi ē ꝛ pp qd ē.
¶ Dōm ꝙ he tres cōbinationes de q̄bus auctor non fa k
cit mētionē cōprehēdunt̄ ꝛ manifeſtant̄ ꝑ alias cōbina-
tiones de quib⁹ facit mentionē. Nā ꝓbatū fuit in prima
cōbinatione ꝙ idē q̄rebat qꝛ eſt.ꝛ qd ē.ꝛ in tertia ꝙ idē
q̄rit qd.ꝛ pp qd. Relinquit̄ ḡ cōbinatio a phō illa tacita
ꝙ idē.ſ.q̄ret qꝛ ꝛ pp qd. Nā ſi idē q̄rit qꝛ ꝛ qd.idem q̄rit
qd.ꝛ pp qd.ḡ de p̄ ad vltimū idē q̄rit qꝛ.ꝛ pp qd. ¶ Rur
ſus qm̄ qꝛ eſt ad pp qd eſt.ſe hꝫ ſicut ſi eſt.ad qd eſt.ſi idē
q̄rit qꝛ eſt ꝛ pp qd ē.idē q̄rit ſi eſt ꝛ quid eſt. ¶ Ulterius l
ſi idē q̄rit ſi eſt ꝛ qd.cū idē querat quid ꝛ pp quid.ꝯñs ē
ꝙ idē q̄rat ſi ē ꝛ pp qd eſt. Oēs ḡ qōnes idē querūt cōbi-
nādo eas oīb⁹ modis.quas cōbinationes lꝫ nō oēs po-
nat phs ſm ſe:ꝑ eas tñ quas ponit alie leuiter vt pꝫ pñt
haberi. ¶ Ulterius forte dubitaret aliqs.vtrū ſi eſt ꝛ qd
eſt.querātur de paſſione. Dōm ꝙ ſi ē.ꝛ qd eſt ꝓprie que
runt̄ de ſubiecto.ꝛ ſi querant̄ de paſſione hoc nō eſt ꝓpe
de paſſiōe ꝓut paſſio eſt.ſed ꝓut aliquid quod eſt paſſio
ꝛ accidens vnius eſt ſubiectū alterius.vt triāgulus q̄ pt
eſſe accidens ligni vel cupri eſt ſubm̄ de hīe tres.de triā-
gulo ergo vt eſt quoddā ens ſm ſe pōt queri ſi eſt ſimplr̄
vt eſt quoddā ens exñs ſub aliqua paſſione pōt queri qꝛ
eſt ſub paſſione illa. Sic ēt quid eſt ꝓprie querit̄ de ipſo
ſubiecto.ita ꝙ ſi eſt.ꝛ quid eſt ꝓprie ſunt qōnes ſubiecti.
qꝛ eſt ꝛ ꝓpter qd eſt proprie ſunt qōnes paſſionis. Atta
men oēs he qōnes quatuor extendi pñt tam ad paſſionē
q̄ꝫ ad ſubiectū. Nam de paſſione de qua ſcimus qꝛ eſt vt
hꝫ eſſe in aliquo ſubiecto poſſumus ſcire ſi eſt vt eſt que
dam res ſm ſe.ſiue vt eſt res alicuius p̄dicamenti. Et de
eadem paſſione de qua ſcim⁹ pp quid eſt ꝓut ſcim⁹ cām
inherentie eius in ſubiecto.poſſum⁹ ſcire quid ē vt eſt qḋ
dam ens ſm ſe.imo illa eadē diffinitio que dicit pp quid
paſſionis.ꝓut paſſio eſt in ſubiecto.dicit quid paſſionis
ꝓut eſt paſſio tanq̄ꝫ quoddā ens diffinitū.vt ſi diffinire-
tur quid eſt eclipſis diceret̄ ꝙ eſt ꝓuatio luminis in luna
obiectu terre.ꝛ ſi q̄rat̄ pp qd luna eclipſatur.hoc idē rñ-
detur. Et ſicut omnes he q̄tuor qōnes extendunt̄ ad paſ
ſionē ꝛ ad accñs.ita omnes poſſunt extendi ad ſubāꝫ.vt
aial.vt eſt quoddā ens in ſe pōt queri ſi eſt.ꝛ qd eſt.ꝛ vt
p̄dicatur de alio pōt ſciri qꝛ eſt.vt qꝛ iſta eſt vera.homo
eſt aial.vel qꝛ aial eſt in hoīe.ꝛ ſciēdo qꝛ eſt aial i homīe.
poterim⁹ inueſtigare pp quid eſt.ita ꝙ illud idē quod eſt
quid aialis ſm ſe erit ꝓpter quid ei⁹ vt hꝫ eſſe in aliq̄.vt
ſi q̄reret̄ quid eſt aial ſm ſe diceret̄ ꝙ eſt ſubſtantia aiata
ſenſibilis.ꝛ ſi q̄reret̄ pp quid eſt aial in aliq̄ h idē rñdet̄.
Nā iō ē aial in hoīe.qꝛ eſt in eo ſuba aiata ſenſibilis.ſꝑ ḡ
rō ꝓmi termi.ſ.rō p̄dicati eſt mediū in demr̄atione. Ad ꝓ
bādū.n.aial eē i hoīe.nō accipiet̄ ꝓpa diffō hoīs.ſꝫ diffō
animalis.

aialis. Nã eẽ in aliq̃ eſt ꝯditio ꝑdicati nõ ꝯditio ſubi. ⁊ ꝺ
mſ̄ratio q̃ ꝓbat aliqd eẽ in aliq̃ accipiet ꝓ medio ꝓpͤe lo/
A quẽdo diffõnẽ ꝑdicati. nõ diffõnẽ ſubi. ¶ Dicem⁹ aũt ꝓ/
prio mõ q꞉ vtꝝ aliq̃ mõ diffõ ſubi ingrediaꝛ demſ̄rationẽ:
⁊ q̃uo ſe hẽat ad demſ̄rationẽ in ſequẽtib⁹ appebit cũ di/
ſputabim⁹ de medio demſ̄rationis. Ad pñs aũt ſcire ſuffi
ciat ꝙ illõ qȯ eſt qd paſſionis. vel cuiuſꝫ ꝑdicati. vt ẽ qȯ
dã ens ſm ſe eſt pp qd ei⁹. vt hꝫ eẽ in aliq̃. Ꝓpͤe ğ loq̃n/
do qõnes ſimplices ſunt ſubãꝝ. q꞉ ꝓpͤe ſubã eſt ens ſm
ſe. vñ de ea ꝓprie q̃riꝛ ſi eſt. ⁊ ꝓprie ſubã hꝫ qditatem ſim
plicẽ. vñ de ea ꝓprie q̃riꝛ qd eſt. Attñ ſi eſt. ⁊ qd eſt: que
ſunt ꝓprie qõnes ſubẽ: extenduntꝛ ad accñs. vt hꝫ rõnem
ſubiecti. extenduntꝛ ẽt non ſolũ ad accñs. vt hꝫ rõnẽ ſubi.
ſed ẽt vt hꝫ rõnẽ ꝑdicati. Nã ipm accñs qȯ eſt ꝑdicatuꝫ:
dato ꝙ nullũ eſſet ſubm. lꝫ nõ poſſet intelligi ſine ſubo: ſi/
gnificaꝛ tñ vt eſt aliqd in ſe. vt ſi diceretꝛ. albedo ẽ. ⁊ ſigni/
ficaꝛ vt eſt aliqd in alio. vt ſi diceretꝛ. corp⁹ eſt albũ. Ut ãt
ſignificaꝛ albedo. vt aliqd ſm ſe. ſic extẽduntꝛ ad eã qõnes
ſimplices ſi eſt. ⁊ qd. ſꝫ vt ſignificaꝛ vt aliqd in aliq̃ ſic ſũt
de ea qõnes cõpoſite. q꞉ eſt. ⁊ pp qd ẽ. Et ſic ſi eſt ⁊ qd eſt
ſunt ꝓprie qõnes ſubẽ. extẽduntꝛ tñ ad paſſionẽ. ſic q꞉ eſt
⁊ ꝓprie qd eſt. ſunt ꝓprie qõnes paſſionis. extenduntꝛ tñ
ad ipãꝫ ſubãꝫ. Nã ſi accñs poſitum in ſubo lꝫ ex ħ nõ ſit
ſubã: hꝫ tñ quẽdã modũ ſubẽ. ex eo ꝙ obſtat ipſi v̇bo. vt
ſi diceretꝛ albedo ẽ. ⁊ ex ħ extẽdũtꝛ ad accñs qõnes ſimpli
ces ſic ſubſtãtia poſita in ꝑdicamẽto hꝫ quẽdã modum
accñtis vt ſi dicaꝛ. hõ eſt aial. hic aial nõ ſignaꝛ. vt aliqd
ꝑ ſe exñs. ſꝫ vt aliqd in hoĩe. ꝓpͤe ğ loquẽdo ipſi⁹ ſubẽ nõ
eſt demſ̄ratio. attñ ad ipãꝫ ſubãꝫ extenduntꝛ qõnes cõpo/
ſite. ⁊ ipſa ſubã vt eſt aliqd in aliq̃ põt aliq̃ mõ demõſtra
B ri de illo. ¶ Ulteri⁹ forte dubitaret aliqs q̃uo accipiantꝛ
he qõnes. ¶ Dõꝫ. ꝙ he qões nõ differũt ſm ſubꝫ ⁊ mãꝫ.
Nã de q̃cũqꝫ põt ꝯcludi aliqd de aliq̃. poſſunt oẽs he qõ
nes q̃ri. vñ mãliter ⁊ ſubiue oẽs qõnes ſunt eedẽ. q꞉ oẽs
de eadẽ re poſſunt queri. Differũt tñ rõne ⁊ ꝯſideratiõe.
Nã vt res aliq̃ ꝯſideraꝛ ſm ſe ſic queruntꝛ de ea qões ſim
plices. ſi eſt ⁊ qd eſt. ſed ꝓut eſt in alio ſic qõnes cõpoſite
q꞉ eſt ⁊ pp qd eſt. ſic ẽt ipſum ſubm ꝓut eſt aliquid ſm ſe
queruntꝛ de eo qõnes ſimplices. ꝓut eſt aliqd ſub alio qõ
nes cõpoſite. Dicemus ergo vt cõiter poniꝛ ꝙ eſt põt eſſe
2m adiacens ⁊ 3m adiacens. Si eſt 2m adiacens ſic indicat
eſſe ſimplr̃. vt ſi dicerẽ triãgulus eſt. vel luna eſt q̃ztuꝫ ad
ſubm. vel ẽt q̃ztum ad paſſionẽ. vt ſi diceretꝛ. defectus eſt.
vel equalitas eſt. ⁊ ſm hoc formantꝛ qõnes ſimplices. Si
cut. n. querimus ſi luna eſt. ⁊ ſcito ſi eſt q̃rimus quid eſt:
ſic etiã poſſemus querere ſi defectus eſt. ⁊ ſcito ſi eſt poſſe
mus q̃rere qd eſt. Aliqñ aũt eſt ſignificaꝛ vt tertiũ adia/
cens. ⁊ ſic non dicit eſſe ſimplr̃ ſꝫ eẽ illud qȯ ponitur in ꝑ
dicamẽto. vt ſi diceretꝛ luna eſt defectibilis. ly eſt nõ dicit
eſſe ipſius lune ſimplr̃. ſꝫ dicit eẽ aliqȯ qȯ hꝫ ſub tali paſ
ſione. ⁊ ſm hoc ſiũt qõnes compoſite. vꝫ. quia eſt. vt vtꝝ
ſit verũ ꝙ defectus ſit in luna. vel ꝙ luna ſit ſub defectu
⁊ ſcito q꞉ eſt iueſtigabim⁹ ꝓpter quid eſt. ita ꝙ illȯ idem
qȯ qd eſt ipſius defectus vt ſignificaꝛ ſm ſe ẽ pp quid ei⁹
vt ſignificatur vt aliquid in aliquo. illud idẽ qȯ rñdetur
ad qd eſt defectus cũ eſt poniꝛ 2m adiacens reſpondebiꝛ
ad pp quid luna eſt defectibilis. ¶ Aduertendũ tñ ꝙ nõ
C eſt alia cã quare defectus ſit in luna. ⁊ quare luna ſit ſub
defectu. Diximus. n. in precedenti qõne ꝙ diffinitio paſ/
ſionis. ſiue diffinitio ꝑdicati eſt mediũ in demſ̄ratione. q꞉
demſ̄ratio demõſtrat eẽ aliquid ĩ aliquo. ⁊ iſta eſt ꝯditio
ꝑdicati nõ ſubiecti. Ne ğ cauillet cauillator. ⁊ dicat ꝙ ſicẽ
demſ̄ratio demõſtrat eẽ aliqd in aliquo qȯ eſt ꝯditio ꝑdi
cati. ita demõſtrat aliqd eẽ ſub aliq̃ qȯ eſt ꝯditio ſubi. ex
quo vĩ ſeq ꝙ ſi arguebaꝛ ꝙ diffinitio ꝑdicati eẽt mediuꝫ
vt vĩ. põt ẽt argui ꝙ diffinitio ſubi ſit tale mediũ. Sꝫ hoc

nihil arguit. q꞉ vt diximus nõ eſt aliqua alia cã. q̃re ſubꝫ
ſit ſub paſſione. ⁊ quare paſſio ſit in ſubo. ⁊ illa cã dꝫ acci
pi vt eſt paſſionis. nõ vt eſt ſubi. ⁊ inde eſt ꝙ eſt ꝑ ſe. ⁊ ſm
ꝙ ipſuꝫ. ⁊ talia denotãtia cãlitatẽ q̃re ſubm ſit ſub paſſio
ne vel quare paſſio ſit ĩ ſubiecto. vt ꝓbabaꝛ in ꝑmo poſꝝ
in illo caplõ. Reduplicatiue aũt ſunt ꝯditiones ꝑdicati
non ſubi. imaginabimur ꝙ ſubm accipietꝛ. vt aliqd ꝑ ſe. ⁊
vt fundamẽtũ alioꝝ. Ea aũt q̃ ꝓbantꝛ de ſubo hẽbũt cãꝫ
ſui in eẽ. ⁊ q̃re ſint in ſubo ⁊ illa cã erit in demſ̄ratione me
diũ. q̃ erit pp qd paſſionis ꝙ ſi aliqs volẽs defendere po
ſitionem dicat ꝙ ipm ſubiectũ hꝫ cãꝫ ſui eſſe. ⁊ illa cã eſt
cã paſſiõis. ⁊ ꝑ illã cãꝫ poterit demſ̄rari paſſio dato ꝙ lꝫ
ꝯcedaꝛ ꝙ ꝑ talẽ cãm põt fieri demſ̄ratio illa cã nõ ĩgrede
retur demſ̄rationẽ vt eſt cã ſubiecti ſm ſe. q꞉ tunc demon
ſtratio eẽt de aliquo abſoluto. ſed ſi ĩgredietꝛ demſ̄rationẽ
hoc erit ꝓut ẽ cã ſubiecti in ordine ad paſſionẽ. Quicqd
aũt eſt cã ſubiecti in ordine ad paſſionẽ. vł qȯ idẽ ẽ qcqd
eſt cã q̃re ſubiectũ ſit ſub paſſiõe. vł q̃re paſſio ſit in ſubo
de neceſſitate eſt cã paſſionis. nõ aũt eſt de neceſſitate cã
ſubiecti. Hẽre. n. angulũ extrĩſecũ nullã cãlitatẽ hꝫ reſpe
ctu triãguli. ſed ſolũ ꝙ triãgulus ſit ſub hẽre tres. ⁊ inter/
poſitio terre nullã cãlitatẽ hꝫ reſpectu lune ſm ſe. ſed re/
ſpectu lune vt ẽ ſub eclipſi. Si ğ hitudo nec̃ia. ⁊ vt eſt ne
ceſſaria ẽ attẽdẽda in demſ̄ratione. q꞉ illud qȯ eſt cã qua/
re ſubiectũ ſit ſub paſſione nec̃ia eſt cã paſſionis. Non ãt
neceſſaria eſt cã ſubiecti dato ꝙ idẽ eſſet cauſa ſubiecti ⁊
paſſionis. ⁊ per illud fieret demonſtratio illud non ingre
deretur demonſtrationẽ. vt eſt cã ſubiecti. dato ꝙ idẽ eẽt
cauſa ſubiecti. ſꝫ cã inherentie paſſionis. ergo ꝓpter qd
paſſionis ſemper eſt mediũ in demſ̄ratione. Et q꞉ idem eſt
ꝓpter quid ⁊ quid diffinitio paſſiõis eſt mediũ in demon
ſtratione. ſꝫ de hac mã adhuc inferius diſputabim⁹. Nã
in lectione illa. Eſt aũt quorũdam qdem altera cã. diſpu
tabimus de medio demſ̄ratiõis. vbi oſidemus oſtẽſiue ⁊
ad impoſĩe ꝙ diffinitio ſubiecti in demſ̄ratione potiſſima
mediũ eſſe nõ poſſit. Ad preſens aũt ſcire ſufficiat ꝙ ille
q̃tuor qõnes de eadẽ re fieri poſſunt ſm ꝙ alr̃ ⁊ alr̃ acci/
pitur. ideo non differũt he qões mãliter ⁊ ſubiectiue. ſed
formalr̃ ⁊ ſm ꝯſiderationẽ. ¶ Ulterius forte dubitaret D
aliqs q̃uo he due qões reducũtꝛ ad duas. ⁊ q̃uo ad vnã.
¶ Dõm ꝙ he qõnes potiſſime accipiẽde ſunt prout paſ
ſio ineſt ſubiecto. q꞉ de hoc eſt demonſtratio. ⁊ de hoc eſt
vere ſcia. Hoc ergo mõ qõnes erũt equales numero his
que vere ſcimus. Conſtat aũt ꝙ paſſio ⁊ qȯlibꝫ accidẽs colligiꛀ
nõ eſt ens. niſi q꞉ eſt entis ꝓut ꝓbari hꝫ in 7° ⁊ 4°. meta. 1. c. 4. ⁊
Illa ğ eadem cã ꝑ quã paſſio ſignificaꝛ vt ens ſm ſe. illa inde.
eadẽ erit cã ꝑ quã ſignificaꝛ paſſio vt ens in alio. Nõ eſt ⁊. 1. c. 2.
enim alia cã quare defectus ſit. ⁊ q̃re defectus ſit in luna. ⁊ inde.
Oẽs ğ qões q̃rũt hanc cãm. ⁊ ħ mediũ ⁊ ħ mõ oẽs qões
ſunt vna qõ. ⁊ ſunt oẽs qões due qões. q꞉ iſta cã põt q̃ri
duplr̃. vtꝝ ẽ ⁊ qd eſt. Rurſus oẽs he qões ſunt q̃tuor. q꞉
vtrũ ẽ de defectu põt q̃ri duplr̃. Uno mõ ſimplr̃. vt cũ eſt
poniꝛ 2m adiacẽs. vt ſi q̃raꝛ vtrũ defect⁹ ſit. ⁊ hec vocatur
ſi eſt. Alio mõ ſm appoſitionẽ. vt ſi ponaꝛ eſt 3m adiacens
vt ſi q̃raꝛ vtꝝ defect⁹ ſit in luna. ⁊ hec vocaꝛ q꞉ eſt. Sic ẽt
qd eſt mediũ põt q̃ri duplr̃. vel ſimplr̃. vt ſi q̃raꝛ qd ẽ de/
fectus. vel cõpoſite. vt ſi q̃ratur pp qd defectus eſt in lu/
na ğ oẽs he qõnes ſunt q̃tuor. ꝓut diuerſificantꝛ ꝑ vtrũ ẽ
mediũ. ⁊ qd eſt mediũ. ⁊ ꝑ ſimplex ⁊ cõpoſitũ. ⁊ ſunt due
ꝓut diuerſificantꝛ ſolũ ꝑ vtrũ ẽ mediũ. ⁊ qd ẽ mediũ non
hita ꝯſideratiõe de ſimplici. ⁊ de cõpoſito ⁊ ſunt oẽs vna
qõ. ꝓut oẽs ſunt de cã ⁊ de medio inherẽtie paſſionis ad
ſubm. ¶ Ulteri⁹ forte dubitaret aliqs cũ hec dicantꝛ eſſe E
q̃tuor qõnes. ⁊ ẽt in libro thopicoꝝ aſſignentꝛ q̃tuor: q̃uo
he qõnes differũt ab illis. ¶ Dõm ꝙ diuiſio qõnũ in li°
thopicoꝝ ẽ ſcdm ſubm ⁊ mãm. ħ aũt ſm ꝯſiderationẽ ⁊

formā. Nā ipſa ꝯſideratio ē qd formale in ſcia. Pōt autē de eadē re mãliter determinari in pluribꝰ ſciētijs. nō aūt de eadē re formalr̃ ⁊ ſm ꝯſiderationē. Accipiamꝰ ḡ hoc ꝓ veritate ꝙ ipſa ꝯſideratio ſit qd formale in talibꝰ. ſm hoc ḡ dicemꝰ ꝙ diuiſio qōnū hic tradita eſt ſm diũas formales nō mãles. nā de eadē re vt patuit alr̃ ⁊ alr̃ ꝯſiderata pñt oēs he qões q̄ri. ſʒ diuiſio facta in libro thopicoꝝ eſt ꝑ diũas mãles. Nō eniʒ eadē res eſt ꝓpriū vel accidēs vel genus vel accñs. vel diffinitio ⁊ accñs. Illa. n. q̄tuor ꝑdicata. vʒ. genus ⁊ accñs. diffō ⁊ ꝓpriū mãliter ⁊ realr̃ dint. Eſt. n. aliqd in diffōne de quo nō ꝑdicaſ genus ⁊ qđ nō eſt realiter ⁊ eſſentialr̃ ipm genus. ſicut pars non eſt eſſentialr̃ ⁊ realr̃ ipm totū vt diũa. ꝓpter qđ pʒ ꝙ aliter diuidunſ qōnes ſiue ꝓblemata in libro thopicoꝝ. ⁊ alr̃ hic. ℭ Ulterius forte dubitaret aliquis quō ille qões reducunſ ad iſtas. ℭ Dōm. ꝙ oēs ille qões ſunt multe materialiter. ſed nō ſunt niſi vna qō formalr̃ cuʒ ergo q̄tuor ſint ille. ⁊ quatuor iſte. diuo oppoſito mō ſe habent iſte ⁊ ille. qꝛ iſte oēs ſunt vnū mãliter qꝛ oēs ſunt de eodē. i. de cā ⁊ de medio. Si aūt ſunt plures. vt ſi ſunt q̄tuor h̄ erit formalr̃ ⁊ ſm ꝯſiderationē. put eadē res alr̃ ⁊ alr̃ ꝯſiderata ad idē mediū pōt q̄drupl'r cōparari. vt de eodē defectu. ⁊ reſpectu eiuſdē iterpōnis terre pōt q̄ri ſi hʒ mediū. ⁊ quid eſt tale mediū ⁊ ſi veꝝ ſit: qꝛ inſit. ⁊ pp quid inſit. Oēs ḡ he qōnes ſunt vna qō mãliter ⁊ oēs qōnes libri thopicoꝝ ſunt vna qō formaliter qꝛ ſunt ſolū queſtio qꝛ. Oia eni ꝓblemata tradita in libro thopi. Ariſtotelis nō poſſunt reduci nec ad ſi ē. nec ad qd ē. nec ad ꝓpter qd. ſʒ ſolū ad qꝛ ꝑ ſe. ⁊ ꝑmo. ⁊ imediate. Nā illa ꝓblemata oia arguunt put eſt ponit eē tertiū adiacens. vt ſi hoc ē genꝰ huiꝰ: vel diffinitio huius. Nunq̄ʒ aūt ponitur eē tertiū adiacens ꝙ ſit qō ſimplex. ſʒ ſemper erit qō ponēs in numerū nō q̄re hoc ſit ſʒ q̄re hoc ſit in hoc. Cū ḡ qōnes ſim-
B plices ſint ſi eſt. ⁊ qd ē. qões libri thop. ab iſtis duabꝰ qōnibus ſunt abſolute. ℭ Ruſus cū dyalecticꝰ nō ꝓcedat niſi ꝑ q̄dā cōia. ⁊ cū ſill's thopicus non ſit ꝑ cām. nec facit ſcire ſʒ opinari qōnes nō erūt ꝓpter quid qꝛ nō erunt ꝑ cām. oia ergo erūt qꝛ. Probabiſ. n. ibi ꝑ q̄ſdam ꝯſiderationes logicas ⁊ cōes. qꝛ h̄ ꝑdicatū eſt genꝰ ad ſuas ſpecies. vel qꝛ h̄ eſt diffinitio huius. vel qꝛ h̄ eſt ꝓpriuʒ. ſiue qꝛ hoc eſt accñs. oēs ḡ ille qōnes formalr̃ ſunt vna qō. ſ. qꝛ. mãliter aūt ſunt qōnes plures. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Amplius quid eſt defectus. priuatio luminis a luna ob terre obiectū. ⁊ ꝓpter qd eſt defectus aut propter quid deficit luna: ꝓpter defectum luminis oppoſita terra.

Argir. ℭ Quid eſt lune defectio ꝑuatio lune lucis ob iterpoſitionē terre: pp qd eſt defectio: aut cur deficit luna: qꝛ lux eiꝰ deficit: obijciēte ſe terra.

ℭ Adducit nouas rōnes ad oſidendū ꝙ idē ſunt qꝛ ⁊ pp qd. Circa qđ tria facit. qꝛ ꝑ declarat hoc ꝑ exēplū nãle. vt ꝑ defectū lune. 2° ꝑ exēplū muſice. vt ꝑ armoniā. 3° per ſignum nãle declarat ⁊ oſidit ꝙ oēs qōnes ſunt vna qō. 2° ibi (Quid eſt armonia) 3° ibi (Qđ aūt ſit medij.) Dicit ḡ (amplius aūt māifeſte) ſu. apparet ꝑ exēplū ꝙ idē ſit qd. ⁊ pp qd. qꝛ ſi q̄raſ (qd ē defectꝰ) ſu. rñdebiſ ꝙ ſit (ꝑuatio luminis a luna a terre obiectu). i. ab interpoſitione terre (⁊ ſi q̄riſ (pp qd eſt defectus. aut pp qd luna deficit) ſu. reſpondebitur idem vʒ. (ꝓpter defectū luminis interpoſita terra.) ℭ Deinde cū dicit.

ℭ Quid eſt cōſonātia. rō numeroꝝ in acuto ⁊ graui. ꝓpter qd cōſonat acutū graui. propter id ꝙ rōnē hʒ numeroꝝ acutū ⁊ graue vtrum ſit in numeris ratio ipſorum. accipientes aūt quia eſt quod ergo eſt ratio.

ℭ Quid eſt contētus: rō numeroꝝ inter acutū ⁊ graue. Cur inter ſeſe graue atq̄ʒ acutū ꝯſona ſunt: qꝛ numeroꝝ iter ſeſe ſuſcipiūt rōnē: acutū ipſum ⁊ graue eſt ne inter acutū ⁊ graue cōcentus: cōſiſtit ne rō ipſoꝝ numerꝰ: qđ ſimul atq̄ʒ ꝑcepimus que nā ſit illa rō querimus. Argir.

ℭ Oñdit idē ꝑ exēplū muſicū. nā idē eſt. qd eſt armonia. ⁊ ꝓpter qd eſt armonia. nam ſi q̄raſ (quid eſt armonia). i. ꝯſonātia. rñdebiſ ꝙ ē (rō numeroꝝ in acuto ⁊ graui) ⁊ ſi q̄raſ (pp qd ꝯſonat acutū ⁊ graue) rñdebiſ idem. vʒ. (pp id ꝙ acutū ⁊ graue hñt rōnem numeroꝝ). i. hñt ꝓportionem numeralē adinuicē. ḡ qd eſt armonia. ⁊ ꝓpter qd ē armonia nō q̄rūt niſi vnū ⁊ idē mediū vnā ⁊ eandē cām. vʒ. rōnē numeroꝝ vel ꝓportionē numeralē ſm acutum ⁊ graue. ⁊ nō ſolū pp qd eſt idē qđ qd eſt ſʒ ēt qꝛ ē. querit de eodē de quo q̄rit qd. Jō ſubdit ꝙ q̄rētes (vtrū ſit nūerus rō). i. ꝓportio (ipoꝝ). i. acuti ⁊ grauis (accipiētes qꝛ eſt). ſ. huiꝰ rō (Quid eſt ḡ rō illa) ſu. q̄rimus. q. d. ꝙ qñ ſcimꝰ qꝛ ē mediū. vtputa qñ ſcimꝰ qꝛ eſt rō q̄rimꝰ qd ſit mediū ⁊ qd ſit illa rō. ḡ de eodē medio q̄rūt ⁊ qꝛ ⁊ pp quid.
ℭ Dubitaret forte aliqs quō armōia ſiue ꝯſonātia ſit rō D
numeroꝝ. i. ꝓportio nūeralis ſm acutū ⁊ graue. ℭ Dōʒ ꝙ nō eſt ꝯſonātia eiuſdē ad ſeipm. nec eēt ꝯſonātia inter aliq̄ ſi ſꝑ illa ſtarēt in eodē tono. Ex hoc aūt ſumiſ ꝯſonātia. qꝛ ſupiora ꝯſonāt iferioribꝰ. ſicut dyapaſon q̄ ē octaua ꝯſonat cū toto. ⁊ dyapēta q̄ eſt qnta ꝯſonat cuʒ eodē. In ꝯſonātia ḡ ſꝑ ſunt aliq̄ note ſupiores ⁊ aliq̄ iferiores. Uox āt q̄to ſuperior tāto magis acuta. q̄to iferior tāto grauior. Sʒ ita diffiniſ acutū ꝙ in pauco tꝑe mouet multū. ⁊ diffiniſ ſic graue. qđ multo tꝑe mouet paꝝ. Multū aūt ⁊ paucū ſiue paꝝ ſunt diũe nūeri. ſi ḡ ꝯſonātia eſt rō. ſiue ꝓportio ſm acutū ⁊ graue. Et acutū ⁊ graue ſibi inuicē ꝓportionanſ ſm mouere multū ⁊ paucū. ⁊ multū ⁊ paucū ſunt diũe numerales. oʒ ꝙ ꝯſonātia ſit q̄dā rō. ſiue
q̄daꝫ ꝓportio numeralis repta in acuto ⁊ graui. ℭ Uel 3
poſſumꝰ alr̃ dīc ꝙ muſica eſt de nūero relato ad ſonum. Nā ſm h̄ attēdiſ muſica ſm ꝙ i varijs ictibus. ⁊ in varijs repcuſſiōibꝰ cāntibus ſonū hʒ eē aliq̄ ꝯſonātia. Sonus ḡ vt referſ ad muſicā nō hʒ rōnē ꝯtinui. ſʒ magis hʒ rōnē nūeri. qꝛ oʒ ſonū illū de quo ſe itromittit muſica. ſiue ſit i chordis ſiue in fiſtulis. ſiue i vocibus cātū eſſe ex multis repercuſſionibus. Sonus ḡ ille nō erit ꝯtinuus. Cōſonātia ḡ nō ē paſſio ꝯtinui. ſʒ ē paſſio nūeri. ḡ cū ſit q̄dā rō ⁊ q̄dā ꝓportio: erit ꝓportio nūeralis: put numerus repiſ in ſonis. ſʒ numerus q repiſ in ſonis nō ē niſi ſm acutū ⁊ graue. put vnus ſonus ē altior ⁊ acutior alio. Cōſonātia ḡ erit rō nūeralis ſm acutū ⁊ graue. ⁊ qꝛ ſic ērcēs qōnes facte de ꝯſonātia querūt huiꝰ rōnē. vt ſi q̄raſ ſi ē ꝯſonātia h̄ ē q̄rere ſi ē talis rō. Si aūt q̄raſ vtrū veꝝ ſit ꝙ cōſonantia ſit in aliqbꝰ ſonis: erit ideʒ q̄rere ꝙ vtrū talis rō ſit ſiē in ſonis illis ſi eſt qd ē ꝯſonātia. ⁊ ꝓpter qd eſt. hoc idē q̄
runt omnes qōnes. Omnes ergo qōnes ſunt de quod qd 2
eſt. ſiue de medio. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Quod aūt ſit medij queſtio oſtēdiſ q̄ñcūq̄ʒ mediū ſenſibile eſt. querimus enim nō ſentiētes: vt defectum ſi eſt aut nō. Si vero eſſemus ſup lunaʒ nō vtiq̄ʒ q̄reremus: nec ſi ſit nec pp quid ſed ſimul manifeſtum eſſet vtiq̄ʒ.

ℭ Indicat

Argir. ¶ Indicat etiam ea quorum medium ſenſu p̄cipi poteſt. Nos ipſum medium querere: naꝫ non ſentientes lune defectionem: ⁊ ne an non eſt defectio querimus lune quod ſi eſſemus in ipſa luna: neqꝫ ſi ſit: neqꝫ cur ſit defectio vtiqꝫ quereremus: ſed ſimul vtrũqꝫ ſe nobis vltro offerret: atqꝫ pateſieret.

¶ Oñdit p ſignũ ſẽſibile ꝙ oẽs qõnes ſint eadẽ qõ. vꝫ. qõ medij. Circa qõ tria fac̃. qꝛ p̄ fac̃ qõ dcm̃ ẽ. 2° rẽouet q̃ꝫdã cauillatiõeꝫ. 3° oñdit oẽs qões eẽ eãdẽ qõnẽ. ⁊ vitatẽ hꝫ i his q̃ ſũt ſimpl' ⁊ i his q̃ ñ ſũt ſimpl'r. 2° ibi (Ex eo. n.) 3° ibi (Hoc ãt ẽ.) Dic̃ g̃ (ꝙ ãt) ſup. oẽs qõnes ſint eadẽ qõ. ⁊ (ꝙ ſint qõ eiuſdem medij. oñdi) qꝛ (qñ ẽ me^{m} ſenſibile) ſi nõ ſentim⁹. i. ſi nõ videm⁹ illd̃ me^{m}: tũc (q̃rim⁹) d̃ illo medio (vt defectũ lũe qñ ñ videm⁹ qñ lũa defic̃. tũc q̃rim⁹ (ſi ẽ) talis defectus. ⁊ ſi luna deficit. ſed ſi videmus quomodo lũa defic̃. nõ q̃rim⁹ d̃ defectu ei⁹. Jõ ſbdit. ꝙ (ſi eẽm⁹ g̃. ũ. lunã) qñ. ſ. lũa defic̃. ita ꝙ mãifeſte viderem⁹ qñ ſe iterpo nit terra (nõ vtiqꝫ q̃rerem⁹ neqꝫ ſi ẽ) talis d̃fect⁹ (neqꝫ pp gd ſit) neqꝫ ſu. gd ſit. (ſꝫ ſic mediũ ẽ vtiqꝫ.) qꝛ ſi ẽ. ⁊ gd ẽ ⁊ pp gd ẽ. ⁊ totũ. vel (ſil'. manifeſtũ eẽt vtrũqꝫ). i. vtraqꝫ qõ ⁊ an ſit. ⁊ gd ſit. ⁊ ẽt pp gd ſit totũ notũ eẽt ꝙ non eẽt. niſi oẽs iſte qõnes ptinerẽt ad mediũ. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ex eo enim ꝙ ſentimus ⁊ vl'e nobis factũ eſt ſcire ſenſus quidem eſt ꝙ nũc obijcitur. ⁊ manifeſtum eſt ꝙ nunc deficit. ex his autem vtiqꝫ vl'e factum eſt. Sicut igitur diximus ꝙ quid ẽ ſcire idem eſt ⁊ propter quid eſt.

Argir. ¶ Etenim ex ſenſus perceptione: ⁊ ipſum vl'e notũ nobis fuiſſet: ſenſu náqꝫ terraꝫ nunc ſeſe obijcere lune cognoſcerem⁹. Pateret. n. viſu nũc d̃ficere lunã atqꝫ ex h ipſuꝫ emerſiſſet vl'e vt igr̃ dicebam⁹ idẽ ẽ ſcire: gd ẽ: ⁊ pp gd eſt.

¶ Adducit 3ᵐ rōnē ſumptā ex his que videm⁹ in ſciētijs. d. ꝙ (vere ⁊ nūc). v3. demſ̄rare eē ⁊ non demſ̄rare qđ qd eſt (faciūt ſcire). q. d. ꝙ ꝓ̄e demſ̄ratiōes demſ̄rant eē. ⁊ qđ qd eſt non demſ̄rant. ſed ſupponūt. vñ ſubdit (qd. n. qde3 ſigt triāgulus accipit). i. ſupponit (geometer. ꝙ aūt qde3 eſt) ſu. eqlaterus (demſ̄rat) ſupponit ḡ geometer qd ſignificet eqlaterus. vel qd ſignificet ipſe triāgulus. ⁊ ex diffinitione triāguli ꝓbat ꝙ figura in quā eſt reſolubilis pyramis eſt triāgulus. vel ſupponit diffōnē triāguli eqlateri. ⁊ ex diffōne eius ꝓbat ꝙ triāgulus collocat⁹ ſup ſe midyametro duoꝝ circuloꝝ eq̄lium ſe īterſecātium eſt eqlaterus.

¶ Quid igitur mōſtrabit diffiniens: qd eſt vel q2 eſt vt triāgulum. Sciens itaqꝫ diffōne aliqs quid eſt: ſi eſt non ſciet ſed impoſſibile.

Argir. ¶ Quo mō igiī oñdet ipſe diffiniēs qd ē triangulus: ſciēs ergo quiſpiā diffōne qppiam qd eſt: ſi ſit illud neſciet. At nūqꝫ fieri poteſt.

¶ Poſtq̄ꝫ Phs adduxit tres rōnes ꝙ demſ̄ratio nō demſ̄rat quid ē. ſ3 q2 eſt. hic adducit ad h̄ idē tres alias rōnes. dicebaī ꝙ ſex rōnib⁹ ꝓbabat Phs ꝙ qđ qd ē demſ̄rari nō poteſt. ¶ Poſtq̄ꝫ ḡ adducte ſunt tres rōnes reſtat adducere alias tres. dīnt aūt he tres ſequētes a trib⁹ p̄cedētib⁹: q2 p̄cedētes directe ꝓbāt demſ̄rationē non demſ̄rare qđ qd ē. ſed he ſeq̄ntes non ꝓbāt h̄ directe. ſ3 idirecte. ꝓbāt. n. ꝙ diffō q̄ztū eſt de ſe. i. ꝑ aſpectu vel gn̄alr̄ ſumpta nō eſt ipſius entis. nec oñdit rem eē. tūc ḡ ſic poſſet formari rō. ſicut ſe h3 diffō ad eē ⁊ ad q2 eſt. ita ſe h3 demſ̄ratio ad qd ē. ſed diffō q̄ztū eſt de ſe non eſt ipſius entis nec oñdit de re eē ⁊ q2 eſt. ḡ nec demſ̄ratio oñdet de re qd ē. tria ḡ facit ſm̄ ꝙ tres rōnes adducit h̄ ꝓbātes. 2° ibi (Manifeſtū aūt) 3° ibi. (Si igiī) Dicit ḡ. (Diffiniēs qd eſt vel q2 eſt. vt triangulū). i. vt circa triāgulum (qd demſ̄rabit) diffiniēs circa ipm. vtrū quid eſt. vel q2 eſt. vtꝝ demſ̄rabit diffinitio ipm q2 eſt. ita ꝙ ſit diffinitio de necītate ipſius entis. ⁊ ſubdit (ſciēs itaqꝫ aliqs diffōnem qd eſt. ſi eſt nō ſciet. ſ3 hoc impoſſe ē). q. d. ꝙ ſi diffō demſ̄raret q2 eſt ⁊ eēt. q̄ztū eſt de ſe ipſi⁹ entis ſeq̄reī hoc ipoſſe ꝙ aliqs poſſet ſcire de re qd

A eſt ⁊ ignorare ſi eſt qđ ſu. negabaī. ¶ Dubitaret forte aliqs. q̄uo demſ̄ratio ſe h3 ad eē. ¶ Dōm ꝙ poſſum⁹ diſtinguere triplex eē ad quoꝝ duo demſ̄ratio ſe h3 ꝑ ſe: ad tertium aūt ꝑ accn̄s. ad illa aūt duo eē ad q̄ demſ̄ratio diciī ſe hēre per ſe non eodē modo ſe h3 ꝑ ſe ad illa. ſ3 ad vnū illoru3 ſe h3 ꝑ ſe. q2 per ſe p̄ſupponit. ad aliud aūt ſe h3 per ſe q2 ipm ꝑ ſe ꝯcludit. Eſt aūt p̄ᵐ eē rei ꝑ qđ res ē i p̄nto. ⁊ de hoc eē poſſet itelligi qđ Boet. dicit ꝙ ſpēs eſt totū eē individuoꝝ. q2 totū eē qđ hn̄t individua in p̄nto. hoc ē per ſpēm. tale. n. eē poteſt cōpetere rei. ea non exñte actualr. vt non exñte roſa in actu. veꝝ eſt de ea ꝙ ſit res p̄nti. ſufficit. n. de re ꝙ ſit in ſe vel in ſuis cauſis ad h̄ ꝙ de ipſa poſſit eē ſcia. ſi. n. res nullo° eēt nullo modo de ea poſſet eſſe ſcia ad h̄ aūt ꝙ de re ſit ſcia ſufficit ꝙ q̄ztū eſt de ſe habeat habitudines ad debitas ꝓprietates. ⁊ ad debita p̄n°. ad h̄ ꝙ de ea poſſint formari vere ꝓpōnes. vñ ⁊ locutiones hominū hoc deſignāt. ⁊ tradētes ſcia3 hoc oñdūt. dñt. n. homines loquētes de roſa. ⁊ ēt ph̄i ſi de roſa ſciam traderēt hoc idē dicerēt. v3. ꝙ roſa eſt pulcherrimus floꝝ. qđ dicētes non intēderēt dīe ꝙ roſa eēt actu vel non eēt. ſ3 ꝙ roſe cōpetit ꝑ ſe hēre habitudinē ad tāta3 pulchritudinē ꝙ pulchritudine excellat oēs flores. ⁊ de cinnamomo ſi de eo tradereī ſcia dicereī ꝙ eſt ſpēs ꝓficua dētibus ꝙ dicētes non intenderēt dīe cinamomū eē actu vel non eē. ſed ꝙ q̄ztum eſt de ſe cōpetit ei hec ꝓprietas. hoc eſt ergo eſſe rem p̄nti ꝙ de ea poſſit eē ſcia vel ꝙ habeat habitudine3 ad debita p̄n° ⁊ ad debitas ꝓprietates. ad tale aūt eē ſufficit ꝙ res ſit in ſuis cauſis. q2 ſi eſt in ſuis cauſis. cum ſcire ſit per cām de ea poterit eē ſcia. Rurſus eo ipſo ꝙ res eſt in ſuis cauſis q̄ztum eſt de ſe dicit aliqđ determinatu3 ad certā ſpēm. ⁊ per ꝯn̄s q̄ztum eſt de ſe ab ea ſunt apte nate fluere debite ꝓprietates. ergo qđ h3 tale eē. v3. in ſuis cauſis eſt res p̄nti ⁊ de eo pōt eē ſcia ⁊ de eo pn̄t formari ꝓpōnes vere. q2 q̄ztum eſt de ſe iportat habitudinē ad debita p̄n°. ⁊ ad debitas ꝓprietates. tale aūt eē demſ̄ratio p̄ſupponit. cum ergo dī ꝙ demſ̄ratio non eſt niſi entiū. non eſt intelligēdum de entib⁹ in actu tm̄. ſ3 de entibus in ſuis cauſis vel de his que ſunt res p̄ntoꝝ. in que p̄nta per ſe diuiditur ens. Eſt aūt 2ᵐ eſſe rei qđ dicit veritatē ꝓpōnis ⁊ tale eſſe p̄ſupponit p̄ᵐ eſſe: ꝑ enim intelligiī ꝙ aliqd ſit res p̄nti. ⁊ ꝙ habeat habitudines ad debita p̄n°. ⁊ ad debitas ꝓprietates. ⁊ poſtea de tali re formētur ꝓpōnes vere. ꝓpō ergo vera explicat illas habitudies quas res habet. tale aūt eē quod dicit veritatē ꝓpōnis demſ̄ratio concludit intelligiī ergo ꝙ demſ̄ratio ſit inter duplex eſſe. v3. inter eſſe p̄nti ⁊ eē quod dicit veritatē ꝓpōnis. quoꝝ vnū p̄ſupponit. ⁊ aliud concludit. 3ᵐ aūt eſſe eſt eē actuale rei hoc aūt per accn̄s ſe h3 ad demſ̄rationem. ꝓbat enim demonſtrator ꝙ triāgulus h3 tres: q2 eſt figura plana ⁊c̄. ⁊ forte nihil tale eſt in actu. q2 forte nihil eſt oino planū vel nihil oino rectū. pōt ḡ fieri demſ̄ratio de re nō hn̄te actuale eē. ¶ Ulteri⁹ forte dubitaret aliqs vtrū diffinitio q̄ztū eſt de ſe oñdat rem eē. ¶ Dōm ꝙ diffinitio gn̄alr̄ ſumpta B
q̄ztū eſt de ſe non dicit niſi ſignificatu3 nois vel qd eſt qđ dī ꝑ nomē. vñ ⁊ in 4° meta. ſm̄ trāſlationē ꝯmē. dī ꝙ rō quam ſignificat nomē eſt diffō. ſi ḡ hec eſt rō tragelaphi aial cōpoſitū ex hirco ⁊ ceruo hec ē rō qd nois tm̄. eo ꝙ tragelaphus eſt figmētū. ſ3 ſi tragelaphus eſſet res p̄dicamēti iſtā eādē rōnē hiet. ⁊ tūc hec rō eſſet qd rei. nunc aūt eſt qd nois tm̄. ⁊ qđ dcm̄ eſt de figmēto ſi fieret res. h̄ idē eēt de re ſi poſſet fieri figmentū. vñ ſi hec eſt rō hois aial bipes h9 rō ē qd rei. eo ꝙ hō eſt res p̄dicamenti. ſed ſi eſſet poſſe ꝙ hō fieret figmētū. eādē rōnē hiet ſi h9 rō q̄ nunc eſt quid rei tunc eſſet quid nois tm̄. per diffōnem ḡ p̄mo innoteſcit nobis q̄ztū eſt de ſe. i. in ꝑ aſpectu vel generaliter ſumptam quid ſignificaī per nomē. poſtea ad nos ſpectat ꝯſiderare vtrū eſt. qđ ſic ſignificaī poſſit eſſe in reꝝ nā vel nō. ſi ergo res ignota deſcribitur nobis per diffōnem. p̄mo intelligimus per diffōnē illam qd nois. ⁊ poſtea in nobis ipſis poſſumus cogitare. vtru3 illud qd nois ſit qd rei. ꝑꝑ qđ diceī in ſequēti rōne ꝙ cum diffō dicit de aliquo qd eſt. nō dicit de illo q2 eſt: eo ꝙ adhuc reſtat q̄rere ꝑꝑ qd cū. n. aliqd ignotū nobis deſcribiī quid ſit adhuc reſtat in nobis ipſis cogitare vtꝝ illud quid ſit ꝑꝑ qd. i. ſit cā ipſius eſſe rei. nā qđ eſt quid nois tm̄. nō eſt ꝓpter qd. q2 nō eſt cā alicuius eſſe. ſed idē qđ eſt qd rei. ita eſt qd ꝙ eſt ꝓpter quid. q2 eſt id ꝓpter qd res ē diffō ergo q̄ztū eſt de ſe non oſtēdit rem eſſe. ¶ Ulterius forte dubitaret aliqs. vtrū aliq̄ diffō oſtendat rē eſſe. ¶ Dōm C
ꝙ nulla diffō oſtēdit rē eſſe ſm̄ ſe ſumpta. diffō. n. pōt ſumi dupl'r. p̄mo gn̄aliter. v3. vt cōiter accipiī. ſiue dicaī

qd nois.ſiue qd rei.⁊ tūc certū eſt ꝙ diffō ſic ſumpta non oſtendit rē eſſe cū talis diffō poſſit eē nō entis.2° pōt ſumi diffō ſpālr.vt dicit qd rei tm̄.⁊ ſic nō oñdit rē eē.ſ; p̄ſupponit.diffō.n.que dicit qd rei p̄ſupponit de re q2 eſt ⁊ oñdit de ea qd eſt.nūq̄;.n.poſſumus ſcire de diffōne ꝙ ſit qd rei.niſi ꝑus ſciam⁹ rē ipſam eē.ſi g̊ diffinit nobis res nota quā ſcim⁹ eē.ſcimus diffōnē illā eſſe qd rei.q2 ſcim⁹ re; illam eē.ſi aūt diffiniat nobis rē ignotā quā neſcim⁹ eē.diffinitio illa faciet nos ſcire qd nois.ſ; poſtq̄; ſciuerim⁹ qd nois ⁊ qd importat per nomē poterim⁹ cogitare vtrū illud tale ſit in reꝝ nā.donec aūt ſciuerim⁹.vtrū illud tale ſit in reꝝ nā neſciemus vtrū illa diffō ſit qd rei vel qd nois tm̄.ſi aūt qd̊ diffinim⁹ ſit ignotū diffō data erit faciēs ſcire ſolū qd nois.ſi aūt inoteſcat nobis ꝙ illud diffinitū ſit figmētum.tūc illa diffō non erit qd nois quocūq; mō.ſed erit nois tm̄ ſi xo nobis inoteſcat ꝙ ſit res p̄nti.tunc ſciemus ꝙ illa diffō eſt qd rei.añq̄; aūt ſciam⁹ rē eē neſciem⁹ diffōnem datā eē qd rei.nulla g̊ diffō oñdit rē eſſe nā diffō ſumpta gñalr nec oñdit rē eē nec ſupponit.ſumpta aute; ſpālr vt dicit qd rei nō oñdit ſ; ſupponit.diffō ergo gñaliter ſumpta nō dicit rē eē.qd̊ q̄uo ſit p;.q2 gñalr ſumpta extēdit ſe ad diffōnē dicētem qd nois q̄ pōt eē non entiū. Rurſus ēt diffō dicēs qd rei p̄ aſpectu non idicat rē eſſe. qd̊ q̄uo ſit in ꝑ⁴ dubitatione illi⁹ lectionis.diffō aūt qm̄ ⁊c. plenius dicet.p dubitabilia.n.illius lectionis multa q̄ in

D hac lectione dicūtur manifeſta erūt.℄ Ulteri⁹ forte dubitaret aliqs.vñ ſeq̄tur ꝯña pħi.ꝙ ſi diffō demrāret vel oñderet q2 eſt.ꝙ poſſemus de re ſcire qd eſt ignorando ſi eſt. ℄ Dōm eſt ꝙ ſi diffō q̄;tū eſt de ſe oñderet rē eē non eēt diffō niſi entis.⁊ nulla eēt diffō que nō diceret qd rei.quo poſito data diffōne de aliquo non oporteret nos inueſtigare vtrū illud ſit vel non ſit.ante ergo q̄; ineſtigarem⁹ illam rē eē:ſciremus diffōne; illā eē qd rei.hac g̊ ypotheſi ſtāte poſſemus ſcire de diffōne ꝙ eēt qd rei.⁊ tm̄ ignoraremus ſi illa res eēt qd̊ eſt impoſſe.diffō ergo q̄;tu; eſt de ſe non oñdit rem eē.tūc ergo ſupplēda eſt ratio pħi.ꝙ ſicut diffō ſe h; ad eē vel ad q2 eſt:ita demrātio ſe h; ad qd eſt. ſed diffō q̄;tū eſt de ſe non oñdit eē.ſed ſi ſit qd rei p̄ſupponit rē eſſe.g̊ ⁊ demrātio nō oñdit qd res ſit ſed p̄ſupponit.

E ℄ Ulterius forte dubitaret aliqs.vtrū ſit idē eē.qd̊ p̄ſupponit diffō dicēs qd rei.⁊ qd̊ ꝯcludit demrātio.℄ Dōm ꝙ vnū ⁊ idē eē ſupponit ⁊ ꝯcludit demrātio.alr tm̄ ⁊ alr. nam in gñali tale eē ſupponit.in ſpāli aūt tale eē ꝯcludit ⁊ demrāt.ſupponit.n.demrātio ꝙ res illa de q̄ d; aliquid demrāri ꝙ ſit res p̄nti ꝙ habeat habitudines ad aliq̄s ꝓprietates.⁊ poſtea ꝯcludit ſpālr ꝙ h; habitudinē ad hāc ꝓprietatē.habitudinē aūt p̄dicari ad ſbm ꝙ eſt eē in quo fundat veritas ꝓpōnis ſupponit demrātio in gñali ⁊ in cōmuni.q2 nō eſt demrātio.niſi entis hñtis talē habitudinem.hꝰ ergo habitudo que ante oēm demrātionē p̄ſupponit:poſtea per demrātionē explicat.vel poſſumus dicere ꝙ demrātio p̄ſupponit rem eē ſm ſe ⁊ maxime rem ſubiectam.q2 de ſubiecto op; p̄ſupponere q2 eſt.p̄ſupponēdo aūt rem eē.p̄ſupponit de ea ꝙ hēat habitudines ad aliq̄s ꝓprietates poſtea hꝰ habitudines q̄les ſint ⁊ quarum ꝓprietatū ſint ꝯcludit.ſic ⁊ diffō dicēs qd rei p̄ſupponit rem eē.⁊ p̄ſupponit eā hēre aliq̄s habitudines ad aliquas ꝓprietates.ſed quaꝝ ꝓprietatū ſint ille habitudies non op; ꝙ hꝰ diffō dicēs qd rei ſupponat.g̊ non eſt idem eē qd̊ diffō dicēs qd rei ſupponit ⁊ demrātio ꝯcludit:vel ſi eſt idē nō eſt eodē mō ſumptū.nā eē qd̊ p̄ſupponit diffō eſt eſſe rei ſm ſe eē aūt qd̊ concludit demrātio eſt eē cuiuſdā habitudinis ad ꝓprietates.vel ſi diffō p̄ſupponit eē ſe huius habitudinis hoc eſt in quadā ꝯfuſione ⁊ in q̄dā gñalitate.p̄ſupponit.n.diffō ſi ſit qd rei ꝙ in ſubiecto ſit habitudo ad aliquas ꝓprietates.demrātio ꝯcludit ⁊ explicat aliquas ꝓprietates.℄ Deinde cum dicit.

℄ Manifeſtū aūt ⁊ ſcdm nūc modos terminorū qd̊ qd non demrāant diffiniētes q2 eſt.Si.n.eſt ex medio aliquid eq̄le.ſed ꝓpter quid ē qd̊ diffinitur.⁊ ꝓpter quid eſt circulus erit.n.vtiq; ⁊ montis enei dicere eſſe ipſam:neq; ꝙ poſſibile ſit eſſe qd̊ dicitur cum ſignificant termini.neq; propter illud eſt cuius aiūt eſſe diffinitiones.ſed ſemper l; dicere propter quid.

℄ Patet autē per ipſos etiam diffōnum: que nunc aſſignātur modos eos qui diffiniūt non oñdere eſſe.Nam ⁊ ſi eſt e medio quid equale tamen cur eſt ipm̄ diffinitu;.Et ꝓpter qd hoc circulus eſt queretur.Poterit enim illud dicere quiſpiam diffōnem orichalci etiam eſſe. Neq; enim id eſſe poſſe qd̊ dicitur ipſe diffinitiones inſuper faciūt manifeſtū.Neq; illud et non aliud eſſe cuius inquiūt diffinitionem eē: ſed propter quid ſemper dicere licet. Argir.

℄ Adducit 2ᵐ rōnem.ꝙ diffō nō oñdat rē eē.d.(Manifeſtu; eſt aūt.⁊ ſm nūc dictos modos terminoꝝ).i.ſm modos diffōnum q̄ nūc dant manifeſtū eſt.n.ſm tales diffōnes datas ꝙ (diffiniētes qd̊ qd eſt non demrānt q2 eſt) et ſubdit(ſi.n.eſt ex medio aliqd eq̄le).i.ſi iſta diffō circuli ꝙ eq̄lr ſit ex medio.i.ꝙ eq̄lr ſe habeat ad cētrum ſic ſciendo diffōnē circuli neſcimus circulū eē.(ſed ꝓpter qd ē qd̊ diffinit.⁊ ꝓpter qd eſt circulus)ſu.reſtat ineſtigare.q.d.ꝙ poſtq̄; ſcim⁹ diffōnem circuli adhuc neſcim⁹ circulū eē ſed adhuc reſtat ineſtigare ꝓpter qd.i.cā; an ſit circulus. ⁊ ſubdit.ꝙ(eēt.n.vtiq; ⁊ mōtis enei dīe ipſam).ſ.diffōnē ⁊ q2 ſic eſt(nec.n.ꝙ poſſe ſit eē qd̊ diffinit.ideo aſſignāt) vel vt h; alia lr̄a(ſignant termini).i.diffōnes(neq;)ſu.ſignāt ⁊ oñdunt diffōnes q2(illud eſt cuius debēt eē diffōnes.ſed ſemꝑ l; dicere.ꝓpter qd).i.ſemꝑ l; q̄rere cām an ſit illud qd̊ eſt diffinitū.q.d.ꝙ diffōnes q̄;tum eſt de ſe nō dñt niſi ꝙ ſignificat nomē.vnde nō dicūt ꝙ res poſſit eſſe. nec qd̊ res ſit.tūc ergo eſt ſupplēda rō ꝙ cū demrātio ſic ſe habeat ad qd̊ quid ē ſic diffō ad eē.⁊ ad q2 eſt.cū diffō non oñdat de re eē.vel q2 eſt: nec demrāto ꝯcludet de re quid eſt.℄ Notādum aūt.ꝙ ſupra diximus.ſi res diffinita eēt quid ignotū ſciēdo diffōnē non ſtati rē ipſa; ſciremus.ſ; adhuc oporteret inueſtigare vtrū tale qd̊ diffinitū eſt ſit res p̄nti.vnde ſi circulus eēt nobis ignot⁹ ⁊ diceret ꝙ circulus eq̄liter eſt ꝙ reſpicit mediū ſiue cētrū.non ꝓpter hoc ſcirem⁹ circulū eē.nam ⁊ de mōte eneo poſſet dici.quid eſt mons eneus.⁊ ſciēdo quid mōtis enei.vl rōnē eius.nō ꝑꝑ hoc talis mons eēt.℄ Deinde cū dicit. F

℄ Si ergo diffiniēs demrāt:aut quid ē:aut qd ſignificat nomē.ſed non eſt vllo modo ipſius quid eſt.erit vtiq; diffinitio ⁊ ratio nomis ide; ſignificans.ſed inconueniens eſt.

℄ Si igit is qui diffinit aut qd eſt oñdit:aut qd ipm̄ nomen ſignificat.Si diffō nullo pacto eſt ipſius qd eſt:erit ipſa ꝑfecto oīo idem qd̊ nomen ſignificans.At hoc eſt abſurdu; eſt ſane. Argir.

℄ Adducit 3ᵐ rōnē.q̄ eſt ꝯparādo rōnes ꝑores.Circa qd̊ duo facit.ſm ꝙ dcm̄ eſt.2° qd̊dam qd̊ ſupponit ꝓbat ibi. (Primū qde)Dicit ergo(Si g̊ diffiniens demrāt.aut qd eſt.aut

eſt.aut qd ſignificet nomen).i.ſi diffō ſe h3 gnālr.⁊ cōiter ad qd rei.⁊ ad qd nois(nō eſt vllo mō eius qđ qd eſt).i. entis ſu.diffō.q.d.ꝙ per diffōnē nō poſſum⁹ hře vllo mō. ꝙ diffinitū ſit ens.⁊ ſubdit(erit itaqȝ diffō)ſu.rei(⁊ ratio nois idē ſignificans.ſ3 incōueniēs eſt).ſ.ꝙ idē ſignificet. q.d.ꝙ ſi diffō eſſet eius qđ qd ē.qđ eſt aliqd.i.qđ eſt ens vel qđ idē eſt ſi diffō qrtū eſt de ſe oñderet rē eē ſequeret̃ hoc incōueniēs ꝙ ois diffō diceret qd rei ⁊ ꝙ idem eſſet diffō dicēs qd rei.⁊ qd nois.qđ ē incōueniēs.diffō ḡ non oñdit rē eē.tūc ē ſupplēda rō ꝙ ḡ nec demſ̃atio oñdit qd res eſt.h3.n.ſe quodāmō diffō ad qđ ē ſicut demſ̃atio ad qd eſt.℄ Notādū āt ꝙ qñ mediū eſt in plus q̃3 id qđ oñ/ A dit̃ nullo mō de necītate oñdit illđ.ſ3 ſi oñdit.h eſt ɔtingē ter.vt ſi aial eſt in plus q̃3 hō nullo mō p aial eē poſſet de necītate ɔcludere hoiē3 eē.ſic qđ diffō ſumpta gnālr.non ſolū eſt eius qđ eſt qd.i.qđ eſt aliqd.ſ3 etiā eſt eius quod ſignat nomē.qđ ḡ ſic ē.qđ diffō ſe h3 ſic gnālr ꝙ vl̃ demſ̃at id qđ eſt qd.i.qđ eſt aliqd.⁊ qđ h3 qditatē.vel id qđ ſigni ficat nomē.nullo mō poſſum⁹ dicere ꝙ diffō ſit de neceſſi tate quedam manifeſtatio eius qđ eſt quid.ſiue eius qđ h3 quiditatē.⁊ qđ eſt ens.niſi forte diceremus.ꝙ oē qđ ſignificat̃ per nomē eſſet quid.⁊ ɔñter ens.⁊ ꝙ idē eſſet ratio dicēs quid rei.⁊ qd nois.qđ eſt incōueniēs.omnes ergo he tres rōnes hoc ꝑbāt.ꝙ ſicut ſe h3 diffinitio gene raliter ſumpta ad qđ eſt vl̃ ad eſſe.ſic demōſtratio ad qd eſt.ſed diffinitio generalr̃ ſumpta nō oſtendit qđ eſt.ergo nec demōſtratio oñdit qd eſt.℄ Deinde cum dicit.

℄ Primū quidē.n.⁊ nō ſubſtātiaꝝ vtiqȝ eſſet ⁊ nō entiū.ſignificare.n.eſt ⁊ nō entia.

Argir. ℄ Primo nāqȝ ⁊ non ſubſtantiarū:⁊ eoꝝ que non ſunt in ratione reru3:erit vtiqȝ diffinitio. Nā ⁊ ea que nō ſunt ſignificare noie licet.

℄ Probat qđ ſuppoſuerat.Circa qđ tria fac.ꝑ3 qđ tripl̃r oñdit ꝙ non eſt idem diffō dicens qd rei ⁊ qd nois.ſcđa ibi.(Amplius oēs.)tertia ibi.(Amplius nec vna ſcia.) Dicit ergo(Primū qde3)ſu.p3 ꝙ nō ſit idē qd nois ⁊ qd rei.vñ ſubdit.ꝙ(⁊ nō ſubaꝝ eſſet)ſu.diffō ſicut ſubarum (⁊ eoꝝ que nō ſunt)ſu.eſſet diffō.ſic eoꝝ q̃ ſunt.⁊ ſubdit ꝙ(eſt.n.).i.ɔtigit(ſignificare)ſu.per nomen(⁊ ea que nō ſunt).q.d.ꝙ ſi eſſet idē quid rei ⁊ qd nois ꝑmu3 ſeqret̃ h B incōueniēs ꝙ ita eſſet diffō non ſubaꝝ ſicut ſubaꝝ:⁊ non entium ſicut entium.℄ Dubitaret forte aliqs.qūo ſeqt̃ hoc incōueniēs.℄ Dōm ꝙ ita vno nomine ſignificatur accidēs.ſicut ⁊ ſubſtātia.quiditas tamē ⁊ diffō accñtis non eſt ita ſimplex ſicut diffinitio ſubſtantie.nomen eni3 quo ſignificatur accidens non eſt compoſitum ex accñte ⁊ ſubſtantia.ſicut diffinitio qua diffinit̃ accñs eſt cōpoſi/ ta ex accñte ⁊ ſubſtantia.ſi ergo eodē mō eſſet loquendū de quid rei ⁊ de qd nominis eo mō quo aliqd hřet qd no minis.⁊ eo mō quo poſſet noiari.eo mō hřet qd rei ⁊ eo. modo poſſet diffiniri.⁊ qđ ita vno noie poſſet nominari ⁊ ſignificari accidēs ſicut ſubſtātia.⁊ nō ens ſic ens.hac ḡ ẏpotheſi.ſtāte ita eēt diffō nō ſubaꝝ.i.accidētaliū ſicut ⁊ ſubaꝝ.⁊ nō entiū ſicut entiū.℄ Deinde cum dicit.

℄ Amplius omnes rōnes:diffinitiones vtiqȝ erunt.Erit.n.vtiqȝ nomen ponere cuilibet ra tioni.quare terminos vtiqȝ colloquemur vel diſputātes oēs ⁊ ẏlias diffinitio vtiqȝ erit.

Argir. ℄ Deīde oēs oꝛōnes diffōnes erūt ſine diſcri mine vllo.Fieri nāqȝ pōt vt cuius oꝛationi no mē ponatur.Quare diffinitiōibus differem⁹ oēs atqȝ loqmur.Et ilias ipſa diffinitio erit.

℄ Adducit ad hoc ſcđam rōnē.d.(Ampli⁹ oēs rōnes).i. oēs rōcinatiōes.ſiue oēs ſermones ⁊ oēs ɔfabulationes (diffōnes erunt)qđ ꝑbat(eſſet.n.nomen vtiqȝ ponere).i. imponere(cuilibet rōni).i.cuilibet rōcinationi.ſiue con/ fabulationi.⁊ ſubdit.(q̃re vtiqȝ oēs termīos diſputam⁹) .i.oia q̃cūqȝ diſputam⁹ ſunt termini ⁊ diffōnes(⁊ ẏlias) .i.hyſtoꝛia troiana(diffō ſit)vl̃(diffō erit)vt h3 alia tran/ ſlatio.℄ Notādū aūt ꝙ quid nois eſt ratio explicans id C qđ dī p nomē.ſi ergo vni magne rōcinationi ſiue vni ma/ gne ɔfabulationi imponeret̃ vnū nomē ⁊ vocaret̃.a.rō explicans qd ipoꝛtat̃ ꝑ illud nomē eēt tota illa ɔfabula/ tio.ḡ ſi idē eſſet qd rei ⁊ quid nois.vna tota ɔfabulatio eēt vera diffō.qđ eēt explicās qd nois.ſic ēt nūc diſputa/ mus diſputationes.ſ3 hoc poſito ꝙ idē eſſet qd rei.⁊ qd nois non diſputarem⁹ niſi diffinitiones.diſputarem⁹.n. oēs terminos.i.oēs diſputationes quas diſputaremus opoꝛteret eſſe diffōnes ⁊ terminos.nā cuilib3 diſputatiōi poſſet imponi aliqđ nomē.⁊ qđ rō illius nois ipoſiti eēt tota illa diſputatio:ɔueniēs eſſet ꝙ tota diſputatio eſſet vere diffō.ſic ⁊ hyſtoꝛia troiana eſſet diffō de ẏlias.nā rō hui⁹ nois ẏlias ē tota illa hyſtoꝛia magna troiana.ſeqre tur ḡ ꝙ tota talis hyſtoꝛia eſſet q̃dā diffō.nā ſi q̃reret̃ qd impoꝛtaret̃ per hoc nomen ẏlias.rñderet̃ ꝙ impoꝛtat̃ ꝙ hectoꝛ ⁊ achilles ita ⁊ ita ſe habuerūt ſic ⁊ ſic fuerūt.tota ḡ illa hyſtoꝛia eſt rō hui⁹ nois ẏlias.⁊ p ɔñs hac ẏpothe ſi ſtāte tota eſſet ꝓpꝛia diffinitio.℄ Deinde cum dicit.

℄ Amplius nec vna ſcientia demonſtrat vtiqȝ ꝙ hoc nomē eius quod quid eſt ſignificat.nec diffinitiones huius aſſignāt.

℄ Preterea nulla ſcientia demōſtrabit.hoc Argir. nomē hoc indicare ac ſignificare:ergo nec dif finitiones idipſum indicant.

℄ Adducit ad hoc tertiā rationē.d.(Ampli⁹ nec vna ſcia demſ̃at vtiqȝ.qđ h nomē ſignificet).i.ſignum ſit(eius qđ qd).i.eius qđ eſt qd vel qđ eſt hoc aliqd.vñ alia lr̃a h3 ꝙ nulla ſcia demſ̃at ꝙ hoc nomē ſignificet hoc.⁊ ſubdit ꝙ (nec diffōnes in ſciētijs aſſignant hoc).i.non multum cu rant hoc aſſignare.v3.quid ſignificet nomē.℄ Notādū q̃ttuoꝛ dīias eē inter qd nois ⁊ qd rei.ꝑma eſt qđ qd nois eſt ita accñtiū ſicut ſubaꝝ.ſcđa eſt qđ eſt ita nō entiū ſicut entiu3.qđ non competit dīie de qd rei.tertia dīia ē qđ qd nois eſt ita ɔplexoꝝ ſicut incōplexoꝝ.qđ non ɔtigit dice re de qd rei.qđ hois albi nō eſt diffō.vt ꝑbat̃ in 7⁹ meta. te.c.12. q̃rta dīia eſt quātū ad intētionē ipſaꝝ ſciaꝝ.nā l3 illa ea de3 diffō q̃ eſt qd rei de ipſo circulo ſit ēt quid nois circu li.geometer tñ dans talē diffōnē.non dat eā vt per ipām habeamus ſcia3 de noie.ſ3 de re.nō eſt ḡ vl̃ter idem qd nois ⁊ qd rei.⁊ vbi eſt idē differt quātū ad intētionē ſcie. hoc ergo intēdit in hac vltima rōne.ꝙ ſcieꝝ diffōnes q̃s dant non demſ̃ant.i.non intendūt demſ̃are qd nois.nec per hꝫ diffōnes intēdūt ſcie dare notitiā de noibus.ſ3 de rebus.nec diffōnes date in ſcia aſſignāt hoc.v3.ꝙ inten/ dant dare notitiā de qd nois.℄ Deinde cum dicit.

℄ Ex his igit̃ nec diffō.adhuc aūt qđ neqȝ dif/ finitio nihil demonſtrat:neqȝ oñdit̃.neqȝ qđ qd ē:neqȝ diffōne cognoſcer̃ ē neqȝ dm̃ratōe.

℄ Ex his igit̃ nec idē eſſe diffinitionē:rōcina/ Argir. tionēqȝ videtur.Et inſuper neq3 diffinitionē demonſtrare quidnam ſit quicqȝ:fieriqȝ non poſſe:vt ipſum quid eſt demonſtratione diffi/ nitioneue vnqȝ percipiat̃:aut cognoſcatur.

defini[illegible]

¶ Epilogat circa determinata.d.(Ex his igit) ſup. pȝ ꝙ (neqȝ diffō) ꝛ ſill'ˢ vȝ idem exñs vel idē ens. vt hȝ alia trāſlatio. neqȝ ſill'ˢ ꝛ diffō eiuſdē ſu. ſūt (Adhuc āt) manifeſtū ē. ꝙ (neqȝ diffō nihil demr̄at) ſu. eē. vel nō eē (neqȝ) ſu. diffō (demr̄at). i. p demr̄ationē ꝯcludit. oia.n.p añdicta patefcā ſūt. ꝛ ſubdit. ꝙ manifeſtū ē (qđ qd eſt). i. ꝙ eē qd ꝛ eē aliqd ꝭȝ ſe in gñe entiū. (neqȝ diffōne. neqȝ demr̄atione ē cognoſcere) demr̄atio.n. nō demr̄at aliqd ꝭm ſe. ſȝ ſolū aliqd in ordine ad aliō. diffō aūt ꝭm ſe nō oñdit ꝙ illō qđ diffinit ſit qd. i. ꝙ ſit aliqd. imo ſi diffinit nob̄ res ignota. adhuc poſſumus dubitare. vtrū illud diffinitū ſit res p̄dicamēti. ergo eſſe aliquid ꝭm ſe. ꝛ eſſe rem p̄dicamenti ꝭm ſe. nec diffinitio. nec demonſtratio oſtendit.

Te.c.8. Terū aūt ſpeculandū eſt qd hoꝝ dr̄ bene: ꝛ qd nō bene. ꝛ qd ſit diffō: ꝛ ipſiꝰ qđ qd ē. nunqd quodāmō ē demonſtratio aut diffō: aut nullo mō.

Argir. ¶ Verū cōſiderādū eſt rurſus: qd iſtoꝝ bene: ꝛ qd nō bene: recteqȝ dr̄. Et quid eſt diffinitio. Et vtrū aliquo mō ſit ipſius quid eſt demonſtratio diffinitioue: an nullo ſit modo.

¶ Poſtq̄ȝ aūt phs ꝓceſſit circa diffōnē. ꝛ circa qđ qd eſt. diſputādo. In parte iſta ꝓcedit veritatē determinādo. qꝛ nō eſt veꝝ ꝙ nullo mō ſit eiuſdē demr̄atio ꝛ diffō nec eſt veꝝ ꝙ nullo mō diffō demr̄et. nec eſt veꝝ ꝙ nullo modo ſit eiuſdē demr̄atio cuiꝰ ē diffō. nā ipſa diffō ē q̄dā demr̄atio v̄tute. Rurſus ipa diffō pōt p demr̄ationeȝ ꝯcludi. lȝ nō in eo ꝙ diffō. ꝛ ſi pōt p demr̄ationē ꝯcludi multo magis pōt p ſill'm ꝯcludi: imo diffō in eo ꝙ diffō pōt ſillogiſtice ꝓbari. lȝ nō v̄e. ſȝ ꝓbabil'r ꝛ logice. Rurſus eiuſdē aliq̄ mō eſt diffō ꝛ demr̄atio. nā illō qđ diffinit vt cōſiderat ꝭm ſe pōt demr̄ari in ordine ad aliud. ꝛ eadē diffō q̄ vt ꝯſiderat ꝭm ſe oñdit de re qd eſt. aſſūpta vt mediū demr̄atiuū poterit ꝓbare de re qꝛ eſt in alio. q̄ttuor āt ꝓponebant qōes. ſȝ ille q̄ttuor nō ſūt niſi due ꝑma.n. qđ erat vtꝝ demr̄aret diffō. ſcđa erat. qs ſit modus itroductiōis eiꝰ. i. q̄uo poſſumꝰ venari qđ qd eſt. vtrū via reduplicatiua. vel vtrū via diuiſiua. vel q̄liter. tertia qō fuit qd eſt diffō. vtrū. ſ. ſit idē ꝙ demōſtratio. q̄rta erat quoꝝ ē diffō vtrū ſit eoꝝ quorū eſt demr̄atio. tres aūt haꝝ qōnuȝ. vȝ. ꝑ tertia ꝛ q̄rta q̄rūt quodāmō vnā qōnē. vȝ. q̄uo diffō ſe hēat ad demr̄ationē. ſi hn̄.n. ſciremus h̄. vȝ. qual'r ſe hn̄t adinuicē demr̄atio ꝛ diffō ſciremus vtiqȝ vtrū diffō demr̄aret ꝛ vtrū ſit idē ꝙ demr̄atio. ꝛ vtrū eiuſdē. oēs ergo q̄ttuor qōnes quodāmō ſunt due qōnes. nā prima tertia ꝛ q̄rta q̄runt hoc q̄uo ſe hēat demr̄atio ad diffinitionem ſcđa aūt q̄rit quis ſit modus itroductionis. i. q̄uo oȝ venari diffinitionē. Tria ḡ facit. qꝛ ꝑmo ꝯtinuat dicta dicēdis. 2° exequitur de hoc intento q̄uo ſe hēat demr̄atio ad diffinitionē. tertio exequitur de alio intēto. vȝ. q̄uo opoꝛteat venari diffōnē: ſecunda ibi. (Q̄m aūt ſicut diximꝰ.) tertia ibi. (Q̄uo aūt oȝ venari.) Dicit ḡ ꝙ (Iteꝝ aūt ſpeculādū. qd hoꝝ dr̄ bene ꝛ nō bn̄). q.d. ꝙ vſqȝ nūc executi ſumus arguēdo ꝛ diſputādo. ſȝ iteꝝ volumus ſpeculari magis ꝭm veritatē. qd in talibꝰ ſit bn̄ dcm̄ ꝛ qd non dicemus ḡ (quid ſit diffō ꝛ) dicemus (eius qđ qd eſt. nūquid quodāmō eſt diffō aut demr̄atio) ſu. ſimul (aut nulloº) ſu. eſt eiꝰ qđ qd eſt diffō ꝛ demr̄atio. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Q̄m āt ſicut diximꝰ idē ē ſcire qđ qd ē ꝛ ſcire cām ipſiꝰ ſi ē. Rō aūt huius eſt q̄m eſt aliq̄ cā ꝛ hec aut eadem aut alia ē. ꝛ ſi vtiqȝ alia ē: aut eſt demr̄abilis. aut indemonſtrabilis. Si igit eſt alia ꝛ ꝯtingit demōſtrare. neceſſe eſt mediū eē cāȝ ꝛ in figura pria demōſtrari. vl'e.n. ꝛ predicatiuū ē qđ demr̄at. vnꝰ qdē igit modus vtiqȝ erit qui nūc exquiſitꝰ p aliud qđ qdē demr̄are.

¶ Cū itaqȝ ſcire quid eſt. Et ſcire cām ipſius ſi eſt: idē ſit vti diximus: fieri poteſt: vt quid eſt oſtēdatur cuius quidē hec rō ē. Eſt.n. quedā cā: ꝛ hec aut eſt eadē: aut alia ꝛ ſi ſit alia: aut eſt demonſtrabilis: aut indemōſtrabilis. Si igit alia ſit d̄mr̄ariqȝ p̄t cū cā ſit mediū: ꝛ pria figura rōcinationis oñdatur neceſſe ē: nā id qđ oñdit vniuerſale ē: ꝛ affirmatiuū vt pȝ: vnus igitur is ē modus: quem nunc inq̄ſiuimus per aliud inquam ipſum qd ē oñdere. Argir.

¶ Exequitur de intēto vȝ quo mō diffō ſe hēat ad demr̄ationē. Circa qđ duo facit. qꝛ p̄ exponit q̄dā ſupiꝰ dicta. 2° ſerioſe exeq̄tur de itēto. ibi. (Quo āt mō ꝯtingat) videbātur.n. q̄dā ſupiꝰ dicta dīe ꝙ nulloº diffō demr̄et. ꝓbabat eni ſupra p rōnes multas ꝙ nō demr̄at niſi eē. ꝛ nō qd ē. veꝝ eſt.n. qđ qd eſt. nō demr̄at ꝭm ſe. ſed bn̄ pōt demr̄ari diffō dicēs qd ē de alio. ꝛ in ordie ad aliō. ſȝ nō demr̄abit in eo qđ qd. nec in eo ꝙ diffō. ſȝ ſimpl'r ꝯcludet h̄ de illo. duo ḡ facit. qꝛ p̄ oñdit q̄uo diffō dicēs ꝙ poſſit de alio ſillogiſari ſimpl'r demr̄atiue. 2° ait ꝙ nō pōt ſillogiſari i eo qđ qd ꝛ cū reduplicatiōe demr̄atiue. ſȝ logice ibi. (Et.n. hoꝝ qđ qd eſt.) Dicit ḡ. (Q̄m aūt idē eſt ſicut diximꝰ ſcire qđ qd eſt ꝛ ſcire cāȝ eiꝰ ſi eſt). q.d. ꝙ ipm qđ qd ē. ꝛ ipſa diffō rei ē cā eiꝰ qđ ē eē rei. ꝛ ſubdit (rō āt huiꝰ eſt). vȝ. qđ qd eſt ſit cā ipſiꝰ eē (q̄m nō eſt aliq̄ cā) ſu. ipſiꝰ eē. ꝛ hꝰ non eſt niſi ipſa diffiº ſiue ipm qđ qd ē. ꝛ ſubdit (ꝛ h̄ āt). vȝ. cā. ſiue h̄ qđ quid eſt. ſiue hec diffinitio (eadē). ſ. eſt cuiuſmodi eſt diffinitio dicēs qd (aut alia eſt) cuiuſmodi eſt diffō dicēs ꝑꝑ qd ꝛ cāȝ. q.d. ꝙ cā ipſiꝰ eē eſt ipm qđ qd ſiue ipſa diffō. p ipaȝ.n. diffōnē exprimit cā ipſiꝰ eē. ꝛ hꝯ diffō ē duplex: qꝛ aut ē eadē cū ipſa re vt diffō dicēs qd. aut eſt alia vt diffō dicēs ꝑꝑ qd ꝛ cām. ꝛ ſubdit (ꝛ ſi vtiqȝ alia eſt). i. ſi hꝯ diffō eſt alia. ꝛ eſt dicēs ꝑꝑ qd. ꝛ cām (aut eſt demr̄abilis) ſu. res p tale ꝑꝑ qd. ꝛ talē cām. vtputa. ſi ſit ꝑꝑ qd. ꝛ cā p ſe ꝛ ꝓpria (aut non ē demr̄abilis) res p tale ꝑꝑ qd. ꝛ p talē cām. vtputa. ſi ſit ꝑꝑ qd. ꝛ cā p accñs. vel ſi non eſt ꝓpa. ꝛ ſubdit (ſi igit eſt alia). i. ſi talis diffō. vtputa. qꝛ eſt dicēs ꝑꝑ qd ꝛ cām (ꝛ ꝯtingit demr̄are) ſu. rē p tale ꝑꝑ qd ꝛ p talē cām (nec̄e eſt eē mediā cām). i. nec̄e eſt tale ꝑꝑ qd ꝛ talē cāȝ eē mediā ad ꝓbādū ſu. paſſionē de ſubō. ꝛ ad ꝓbādū qđ qd eſt paſſionis. diffō.n. dicens ꝑꝑ qd ſi ſit bn̄ data: ꝛ ſi ſit p cām p ſe ꝛ ꝓpriā pōt accipi vt mediū ad cōcludēdū paſſionē. ꝛ ad ꝯcludēdū diffinitionē dicētem qd paſſionis. ꝛ ſubdit. ꝙ (ꝛ in ꝑma figura demr̄ari) ſu. oȝ p talē cām. cuius rō eſt qꝛ (vl'e.n. ꝛ p̄dicatiuū eſt qđ demr̄atur) ſu. per talē cām. ſi.n. p diffinitionē dicētē ꝑꝑ qd ꝯcludit p ſe paſſio vel diffiº dicēs qd paſſionis. qꝛ paſſio p̄dicat vl'iter de ſuo ſubiecto. ꝛ diffiº dicēs qd paſſionis etiā vl'iter p̄dicat oȝ talē demr̄ationē fieri in ꝑ° figura. qꝛ ſolū ibi ꝯcludit vl'is affirmatiua. ꝛ ſubdit ꝙ (vnꝰ qdē modus nūc exquiſitꝰ eſt. q̄uo qđ qd eſt). i. diffinitionē dicentē qd (demr̄are) ſu. ꝯtingit (p aliō). i. p diffinitionē aliā vt p diffinitionem dicentem propter quid. patet ergo ꝙ loquendo de ꝯne ſimplici. non loquēdo de reduplicatiua. diffō dicēs qd p̄t demr̄ari ꝛ p̄t ꝯcludi demr̄atiue p diffinitionē dicentē ꝓpter quid. ꝛ per ꝯñs per aliā. ¶ Dubitaret forte aliquis. q̄uo cā ipſius eſſe. vel cā eius qđ eſt ſi eſt. pōt E

eſſe eadē ⁊ alia. ℭ Dōm ꝙ hoc tripl'r pōt ꝯtigere. ꝑ refe
rēdo h̄ ad diuerſa gn̄a ꝑdicamētoꝝ. 2° ad diuerſa gn̄a cā
rū. 3° ad diuerſos modos diffiniēdi. vel ad diuerſa gn̄a dif
finitionū. ꝑ^m ſic pꝫ. nā ipm qḋ qd eſt. ꝓp qḋ dicim⁹ rē eē. ⁊
qḋ dr̄ eſſe cā ꝙ res ſit pōt accipi. vel in ſubā. vel in accn̄ti
bus. in ſubā qdē idē eſt qḋ qd eſt cū ipſa re. naꝫ ſube h̄n̄t
diffōnē ſimplicē. nō ꝑ additamēta. nō. n. ingredit' diffōnē
ſube niſi qḋ pertinet ad eſſentiā ſube. loquēdo de ſubā q̄
eſt per ſe in genere. nihil ponit' in diffinitione ſube quod
nō pertineat ad eſſentiā eius. ⁊ dicimus ꝙ eſt ꝑ ſe in gn̄e.
qꝛ ſi diffiniet' qḋ nō eſt ꝑ ſe in gn̄e. vtputa. ſi diffiniet' for^a
poſſet ꝓpa mā igredi diffinitionē ei⁹. vt in diffōne aīe ca
dit corp⁹. lꝫ corp⁹ nō ꝑtineat ad eſſentiā aīe. ſuba g̊ h̄ꝫ qḋ
qd eſt idē. ſed accn̄s h̄ꝫ qḋ quid eſt aliud. qꝛ aliqd ingre
dit' diffinitionē accn̄tis: qḋ non ꝑtinet ad eēntiā ei⁹. ſm̄ h̄
g̊ poſſet exponi l'ra ph̄i. ꝙ ipſum qḋ qd eſt. quod dr̄ eē cā
ꝙ res ſit h̄9 cā ⁊ h̄ quod qd eſt in aliquib⁹ eſt idem. vt in
ſubſtātijs. ⁊ taliū nō eſt ꝓprie demōſtratio. in aliquibus
eſt vt aliud. vt in accn̄tibus. ⁊ taliū ꝑ h̄9 quod qd eſt ſi ac
cipiat' ꝑ ſe ⁊ ꝓpriū poterit eē demr̄atio. alio mō pt expo
ni referēdo h̄ ad diuerſa gn̄a cāꝝ. vt dicam⁹ ꝙ diffō data
ꝑ mām ⁊ ꝑ formā. qꝛ tales ſunt cāe intrinſece dicat' diffō
eadē. data v̊o ꝑ efficiētē ⁊ finē. qꝛ tales ſunt cāe extrinſe
ce dicat' diffō alia. ſm̄ hūc g̊ modū diffinitio alia demr̄at
diffōnē eādē. qꝛ diffinitio data ꝑ finē ⁊ ꝑ efficientē demon
ſtrat diffinitionē datā per mām ⁊ formā. nā efficiens im
ponit neceſſitatē forme. nā ideo ē talis forma in re geni
ta. qꝛ tale fuit ſufficiens ⁊ tale generās forma iponit ne
ceſſitatem mãe. vt iō eſt talis mā. qꝛ ē a talē reqrit forma.
ꝗ aūt cā iponēs necitatē ꝯcludit cām cui iponit' necitas
efficiēs g̊ vel diffō data ꝑ cām efficientē ꝯcludet diffōnē
datā ꝑ mām ⁊ formā. diffō aūt data ꝑ finē ꝯcludit omnes
A iponit' necitas oībus alijs. ℭ Aduertēdū tñ ꝙ ⁊ finis ⁊
efficiēs poſſet accipi ꝑ ſe ⁊ ꝑ accn̄s. ⁊ ꝓp̄e ⁊ nō ꝓprie. ſm̄
hoc ergo exponet' littera ph̄i. ꝙ oēs cauſe ſunt cāe ipſius
eſſe. nam hec eſt diffō cauſe ad cuius eſſe ſequitur aliud
oīs ergo diffinitio per quācūqꝫ cām ſit data eſt cauſa ei⁹
qḋ eſt eſſe rei. vel eſt cauſa ꝙ res ſit. ſꝫ h̄9 cauſa. ⁊ h̄9 diffi
nitio aliquando eſt alia. qꝛ eſt data per cām extrinſecaꝫ.
aliquādo eſt eadē. qꝛ eſt data per cām intrinſecā: ⁊ cūꝫ eſt
alia. i. cū eſt data per cām. vtputa. per finem vel ꝑ efficiē
tem. aut eſt res demr̄abilis per talē cām. vtputa. ſi ſit cā
per ſe ⁊ ꝓpria. vel non eſt demr̄abilis. vtputa. ſi ſit cā per
accn̄s. vel ſi non ſit propria. ſi ergo ſit diffinitio data per
cām aliam. ⁊ per cām extrinſecam. ⁊ contingit demr̄are
per talem diffinitionem. ſiue per talem cām. vtputa. ſi h̄9
cā ſit per ſe ⁊ ꝓpria neceſſe eſt h̄9 cām eē mediā ad cōclu
dendū ipſum diffinitū. vel ad ꝯcludendū ipſaꝫ diffinitio
nem datā per cām intrinſecā. ſiue datā per materiam vel
per formaꝫ. ſiet. n. tunc demr̄atio v̄lis affirmatiua in pri
ma figura. vnus ergo modus exqſitus ⁊ bonus ꝑ quem
ꝯtingit demr̄are qḋ quid eſt per aliud. i. per diffinitionē.
aliā eſt iſte qui nūc dictus eſt. vꝫ. quādo diffinitio eadem
. i. data per cām eādem. i. intrinſecā. vt per mām. ſiue per
formā demr̄atiue ꝯcludit' per diffinitionē aliā. i. dataꝫ ꝑ
cām aliā. hoc eſt per cām extrinſecā. vt per efficientem ⁊
finem. 3° mō pōt hoc dcm̄ referri ad diuerſos modos dif
finiendi ſiue ad diuerſa genera diffinitionū. ⁊ iſte modus
tertius multū appropinquat ad modū 2^m. ⁊ multum vi
ſre ad mētē ph̄i. dicem⁹. n. ꝙ circa paſſionē poſſum⁹ aſſi
gnare qd ⁊ ꝓp qd. vt qd eſt eclipſis eēntial'r. eſt q̄dā pri
uatio luminis. ꝓp qd eſt eclipſis eſt ꝓp interpōnem terre
vtrūqꝫ. n. aliq̄ mō eſt cā ꝙ eclipſis ſit. nā ipſa eēntia rei ē
cā ꝙ res ſit. ipſa g̊ ꝑuatio luminis q̄ eſt eſſential'r eclipſis
eſt cā ꝙ eclipſis ſit. illud ēt a quo h̄ꝫ eē eēntia rei eſt cā ēt
ꝙ res ſit. nō ſolū g̊ ipm qd. ſiue ipſum eē ē cā ꝙ res ſit. ſed
ēt ipſuꝫ ꝓp qd. ⁊ id qḋ eſt cā eēntie eſt ēt cā ꝙ res ſit. ipſa
g̊ interpō terre q̄ eſt ꝓp qd eclipſis. ⁊ a q̄ eſſential'r cātur
eclipſis ē ēt cā ꝙ eclipſis ſit. Aduertēdū tñ ꝙ lꝫ qd. ⁊ ꝓp
qd ſic differāt qꝛ qd dicit ipſam eſſentiā ꝓp qd dicit id qḋ
eſt cā ipſius eſſentie. tñ in accidētibus ⁊ in per ſe paſſioni
bus ipſum ꝓpter quid. ⁊ id quod eſt cā eſſentie ꝑtinent
ad quod quid eſt ſiue ad qditatē ipſoꝝ. nā accn̄tia habēt
qditatē ꝑ additamēta. ita ꝙ tā eēntia q̄ꝫ cā eēntie taꝫ qd
q̄ꝫ ꝓp qd ingredit' qditatē ꝑ ſe paſſionū. ita ꝙ totū vocat
aliq̄ñ pōs qḋ qd eſt. differt tñ vnū ab alio. qꝛ differt qd
. i. eēntia ab eo qḋ eſt ꝓp qd ⁊ a cā eſſentie. qꝛ ipſa eēntia
eclipſis. ⁊ id qḋ dicit qd eclipſis. ſiue ipſa ꝑuatio luminis
eſt idē qḋ eclipſis: ſꝫ ipm ꝓp qd: ⁊ id qḋ eſt cā eēntie. ſiue
iterpoſitio terre nō eſt eēntial'r idē qḋ eclipſis. Scḋm h̄.
g̊ plana eſt l'ra ph̄i. nā idē eſt ſcire qḋ qd eſt accipiēdo qḋ
qd eſt large ſiue ſit eēntia ſiue cā eēntie. ⁊ ſcire cām eius ſi
eſt. i. cām ipſi⁹ eſſe rei. nā tā eēntia q̄ꝫ cā eſſentie ſunt cā ꝙ
res ſit. h̄9 aūt rō quare ꝙ qd eſt. eſt cā ipſius eſſe: eſt iſta.
qm̄ aliq̄ eſt cā ipſius eſſe rei. nā nō demr̄ant' niſi cauſata
⁊ principiata. cāta aūt ⁊ principiata habent aliquā cām
ſui eſſe. ⁊ hoc eſt ipꝫ qḋ qd eſt ipſoꝝ. ſiue ſit eēntia. ſiue cā
eſſentie. ⁊ ſubdit. ꝙ ⁊ hec aūt. vꝫ. q̄ eſt cā ipſius eē rei. aut
eſt eadē cū ipſa re. vt ipm qd ⁊ ipſa eēntia. aut eſt alia vt
ipm ꝓpter qd ⁊ ipſa cā eſſentie. ⁊ ſi vtiqꝫ eſt alia vt ſi acci
piat' cā eſſe rei alia a re. vt ꝙ nō accipiat' ipſa eēntia. nec
ipm qd. ſed ipſa cā eſſentie. ⁊ ipm ꝓpter quid. ſi ſic ē. aut
eſt demōſtrabilis res per talē cām ⁊ per taleꝫ ꝓpter qd.
qꝛ cā accepta eſt per ſe ⁊ ꝓpria: aut nō eſt demōſtrabilis
vel aut eſt indemōſtrabilis res per talē cām. qꝛ cauſa ac
cepta nō eſt per ſe vel nō eſt ꝓpria. Si igitur cā eſt alia. ⁊
ꝯtingit per talē cām demr̄are. qꝛ huius cauſa eſt per ſe ⁊
ꝓpria. neceſſe eſt talē cāꝫ eſſe mediā. i. poſſe accipi vt me
diū demōſtratiuū ad ꝯcludēdū vel ipſam paſſionem. vel
diffinitioneꝫ dicentē quid paſſionis. vt interpoſitio terre
que eſt eſſential'r aliud q̄ꝫ eclipſis. ſi ſit cā per ſe ⁊ propria
poterit cōcludi per talē cām eclipſis de luna tāq̄ꝫ ꝓpria
paſſio de ſubiecto. ⁊ ēt per talē cām poterit cōcludi ꝑua
tio luminis de luna que eſt diffinitio dicēs quid eclipſis.
formabit'. n. ſic ſillogiſmus. In omni tp̄e quo interponit'
terra luna eclipſat' vel priuat' lumine. ſed in omni oppo
ſitiōe ſolis ⁊ lune circa nodos capitis ⁊ caude draconis
iterponit' terra. ergo omni tali tp̄e luna eclipſat' v'l priua
tur lumine. ſit g̊ hic qdā ſill's v̄lis quantū ad quādā v̄lita
teꝫ tēpoꝝ. vñ ſill's factus eſt in prima figura. ꝙ ſi luna hē
ret ſub ſe plura ſuppoſita ſieret quātū ad v̄litatē ſuboꝝ.
talis g̊ demr̄atio qꝛ eſt v̄lis affirmatiua in prima figura
h̄ꝫ fieri. Unus g̊ modus exqſitus ⁊ bonus ꝑ quē cōtingit
demr̄are qḋ qd eſt. i. diffinitionē dicentē qd per aliud. i. ꝑ
diffinitionē aliā dicentē ꝓpter qd. eſt iſte qui nūc dictus
eſt. ℭ Ulterius forte dubitaret aliquis quare diffinitio B
dicens quid dicatur cauſa eſſendi eadē. dicens ꝓpter qd
dicat' cā eſſendi alia. ℭ Dōm ꝙ in per ſe paſſionibus vbi
talia ſunt accipienda. pꝫ per iam dicta oīno veꝝ eē qḋ di
citur. nā diffinitio dicens qd eſt ipſa eſſentia rei ſiue eſt id
qḋ eſt eſſentialiter res. vt diffinitio dicēs quid eclipſis ē
ipſa ꝑuatio luminis q̄ eſt idē eēntial'r qḋ eclipſis. diffini
tio g̊ dicens qd qꝛ dicit ipſam eſſentiā exprimit cām eēn
di ſicut ipſa eſſentia eſt cauſa ꝙ res ſit. h̄9 aūt cā cum ſit
ipſa eſſentia rei eſt eſſential'r idē cūꝫ ipſa re. ideo talis cā
ipſius eſſe dr̄ eſſe eadem cum ipſa re. ſed cā eēndi que eſt
ipſum ꝓpter qd. ⁊ que eſt cā eſſentie rei nō eſt ipſa res. ſꝫ
eſt alia a re. vtrūqꝫ tñ eſt cā ipſius eſſe rei. vnus ergo mo
dus demonſtrandi qḋ quid eſt: hic eſt. vt diffinitio expri
mens cām eandem ⁊ eſſentiā. ⁊ dicens qd ꝯcludat' ꝑ dif C
finitionē exprimētē cām aliā ⁊ dicētē ꝓp qd. ℭ Ulterius

forte dubitaret aliqs. vtrum p diffinitionem dicentem qd poſſit oñdi res. ⁊ videt̃ ꝙ ſic. qꝛ demr̃atio eſt per cām cuꝫ ergo ipſa eſſentia ſit cā ipſius eſſe demr̃atio cuius eſt ꝓbare eſſe vel qꝛ eſt. fieri poterit per ipm̃ diffinitionē dicentē qd ⁊ eſſentiā. ℭ Dōm ꝙ ſanamur nō ſolū ſanitate. ſed ēt corpore. ipſius ḡ actus ſanādi aſſignabit̃ cā eſſentia ſanitatis. ⁊ etiaꝫ eſſentia corporis q̄ eſt cauſa eſſentie ſanitatis. ⁊ etiā q̄cūqꝫ alia cauſa a qua p ſe depēdet eſſentia ſanitatis aſſignabit̃ cauſa ipſi⁹ actus ſanandi ḡ ipſa ꝑuatio luminis eſt eſſentialr̃ eclipſis ⁊ qꝺ qd eſt ipſi⁹ priuationis erit cauſa ꝙ luna hēat tale eſſe. ſ. eſſe defectiuū. vñ ipſa eēntia paſſiōis ⁊ qꝺ eſt cā eēntie paſſiōis aſſignabitur cā ꝙ ſubm̃ habeat tale eſſe ſub paſſione. qꝺ eſſe exprimit̃ per veritatē ꝓpōnis. de quo ſuperi⁹ diutius locuti ſumus. tale. n. eſſe qꝺ dicit veritatē ꝓpōnis. ⁊ qꝺ dicit habitudinē p̄dicati ad ſubm̃. vel dicit eſſentiā p̄dicati in ſubo: ⁊ qꝺ eſt nota eoꝝ q̄ de altero p̄dicant̃: ē id qꝺ p demr̃ationē ꝯcludit̃. ſm̃ hoc ergo videret̃ ꝙ diffi° dicēs qd poſſet eē mediū in demr̃atione. ſꝫ conſtat ꝙ ipſa eſſentia accñtis ſp eſt in dependētia ad aliud: ⁊ id qꝺ dicit qꝺ qd eſt accñtis ſemp ſumit̃ in ordine ad aliud. ⁊ in dependentia ad aliud. cū ḡ mediū demr̃atiuuꝫ debeat aggenerare ſciam diffi° dicens qd paſſionis rōne ſue depēdētie ſm̃ ſe in demr̃atione nō poterit eſſe mediū. ſi aūt talis diffi° accipit̃ mediū. hoc nō erit ſm̃ ſe. ſed ꝓut coniungit̃ ſue cāe. vt ſi ꝑuatio luminis. que eſt eſſentialr̃ ipſa eclipſis ⁊ que eſt diffō dicēs qd eclipſis. aſſumit̃ pro medio ad ꝓbādū eclipſiꝫ. hoc erit ꝓut ꝯiungit̃ ipſi propter qd ⁊ ipſi cauſe vt ipſi interpoſitioni terre. totum ergo accipietur ꝓ medio corpus luminoſum priuatum lumine obiectu terre.

D ℭ Eſt aūt diligenter aduertēdū ꝙ id qꝺ aſſumit̃ pro medio nō dꝫ eē cauſa ſolū ipſi⁹ eſſe. vel ipſius veritatis ꝓpoſitionis. ſed etiaꝫ dꝫ eē cauſa ipſi⁹ paſſionis. nā hoc ē qꝺ queritur quare talis paſſio inſit tali ſubo. conſtat autē ꝙ idem nō pōt eē cauſa ſuiipſius. diffi° ḡ dicens qd paſſionis. ſi talis ſit diffi° dicens qd ꝙ nō dicat niſi eſſentiaꝫ paſſionis. non poterit aſſumi pro medio. niſi quatenus ꝯiūgitur cauſe ipſius paſſiōis. vt ꝑuatio luminis hoc modo accipietur pro medio ad concludenduꝫ eclipſim ꝓut cōiūgitur interpoſitioni terre que eſt ꝓprie cauſa eclipſis.

E ℭ Eſt inſuper diligēter aduertendū ꝙ ſciētia ipſius p ſe paſſionis nō eſt alicuius rei ſm̃ ſe. qꝛ ſi hoc eēt. forte ſufficeret ſcire ꝑncipia eēntialia eius. vel ſcire principia in q̄ reſoluitur ipſa eēntia ⁊ q̄ componit̃ ipſaꝫ eēntiā ad hoc ꝙ ſciremus eſſe eius. ſꝫ ſcia p ſe paſſiōis eſt huius in hoc cuius principalis cā non eſt ipſa eſſentia paſſionis. ſꝫ eſt aliquid in ſubiecto a quo cauſat̃ nā ⁊ eēntia illi⁹ paſſionis. vt aliquid ē in ipſa luna a quo cauſat̃ talis paſſio q̄ eſt eclipſis. vt qꝛ luna pōt hr̄e dyametralē habitudinem ad terrā. ex hoc ſequit̃ ꝙ poſſit eclipſari p terrā. ꝑncipalis ergo cauſa q̄re p̄dicatum ſit in ſubiecto nō eſt q̄renda ex ipſo p̄dicato ſed ex eo ꝙ eſt in ſubiecto vel ex eo qꝺ hꝫ habitudinē ad ſubm̃. q̄re diffi° exprimens ſolam eēntiaꝫ paſſionis nō eſt mediū in demr̃atione. modicam. n. ſciam haberemus de eclipſi. ſi ſciremus ſolū. qꝛ eſt q̄dam ꝑuatio luminis. ⁊ nō ſciremus ꝙ cauſat̃ ex interpōne terre. ſed de hoc. vꝫ. vtrū diffinitio dicens qd poſſit eſſe mediū ⁊ q̄o ſe habeat qd eſt ad eſſe. plenius dicetur in lectione illa. diffi° aūt qm̃ ⁊c̃. vbi iteꝝ hec eadē mouebit̃ queſtio.

F ℭ Ulterius forte dubitaret aliqs. qꝛ ſuperi⁹ dicebat̃ ꝙ idem erat quid ⁊ ꝓpter qd. hic aūt dicimus ꝙ qd eſt p̄t eſſe demr̃ationis ꝯ ꝓpter qd aūt demr̃ationis medium. ℭ Dōm ꝙ quid ⁊ ꝓpter quid dupl'r pñt conſiderari. vl' ꝓut vnū per ſe reſpicit diffinitionē. ⁊ aliud demr̃ationē. ⁊ ſic nō differunt realr̃. ſꝫ ſunt vnū ⁊ idem alr̃ ⁊ alr̃ ſumptū. 2° modo pñt ꝯſiderari quid ⁊ ꝓpter qd. vt dicunt diuerſa genera diffinitionū. vt quid dicit eſſentiā ꝓpter qd autem cām eſſentie. Rurſus in dicēdo cām eſſentie ſunt gradus ſm̃ diuerſa genera cauſaꝝ. ſi ergo ꝑmo mō accipiat̃ dr̃ia inter quid ⁊ ꝓpter quid: ſic loquitur phs circa principium huius ſcōi ꝙ idem eſt qd ⁊ ꝓpter quid. illud eñi idē qꝺ eſt diffi° paſſionis. ⁊ vt eſt diffi° dicit quid eius illud idem acceptū vt mediū demr̃atiuū erit ꝓpter quid ei⁹: priuatio. n. luminis in luna obiectiue eſt qd ⁊ ꝓpter quid: eclipſis eſt. n. qd ei⁹. qꝛ eſt diffinitio ipſi⁹. eſt ꝓpter quid eius. qꝛ eſt mediū demr̃atiuū ad ꝓbandū eā. ſic āt accipiēdo quid ⁊ ꝓpter quid. vꝫ. ꝓut idem vt eſt diffinitio dic̄ qd. ⁊ vt eſt mediū demr̃atiuū dicit pp qd idē eſt qd ⁊ ꝓpter qd ſola rōne differēs. ſꝫ ſi accipiat̃ quid ⁊ ꝓpter quid ꝓut vnū dicit eſſentiā paſſionis. aliud cām eſſentie. ſic non ſunt idē. ſꝫ diffinitio dicēs eſſentiā erit demr̃ationis ꝯ. dicēs cām eſſentie erit demr̃ationis ꝑn^m ſiue me^m.

G ℭ Rurſus ſi accipiat̃ qd ⁊ pp qd ſm̃ diuerſa gñā cāruꝫ. ſic ēt nō ſunt idem qd ⁊ ꝓpter qd. nā ois diffinitio data p q̄ꝫcunqꝫ cām dicit qd. qꝛ notificat q̄ditatē ⁊ eſſentiam rei eo ꝙ eſſentia rei depēdet a q̄lꝫ ſui cā. tñ in reſpectu vni⁹ cāe ad aliaꝫ illa diffō dicit ꝓpter quid que imponit neceſſitatē alteri cauſe. cā aūt illa cui ipenit̃ neceſſitas ſm̃ ꝙ huius non dicit ꝓpter qd. ſm̃ hoc ḡ diffinitio data per formā erit ꝓpter qd reſpectu diffōnis date p mām. diffinitio data p efficiētē erit ꝓpter qd reſpectu diffōnis date p formā vel p māꝫ. diffō data p finē erit ꝓpter quid reſpectu oium aliaꝝ diffōnuꝫ. ſed q̄o ꝯtingat demonſtrare p finem. vtrū ſit demonſtratio ſimpl'r vel ex ſuppoſitiōe infra dicetur in dubitationib⁹ illius lectionis quoniā autē ſcire opinamur. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Ipſoꝝ eni qꝺ quid eſt neceſſe eſt mediū eſſe qꝺ quid eſt ⁊ ꝓprioꝝ ꝓprium. quare hoc quidem monſtrabitur. id vero non monſtrabit eorum que quid erant eſſe eiuſdem rei.

ℭ Nā mediū ipſorum quid eſt: neceſſe eſt eſſe quid eſt. Et ꝓpriū identidē ꝓpriū: quare diffinitionū eiuſdē rei alia oſtēdet alia nō oſtēdet. Argir.

ℭ Quia dixerat ꝙ qꝺ qd eſt pōt ꝯcludi ꝯcluſione ſimplici ⁊ demr̃ari in ꝑma figura vult oſtendere ꝙ via demonſtratiua nō poſſit ꝯcludi ſm̃ ꝯnē reduplicatiuā. Circa qꝺ duo facit. ꝑmo. n. reſumit q̄o demr̃atiue concludit̃ diffinitio. 2° declarat ꝙ cū reduplicatione nō ꝯcludit̃ demr̃atiue: ſed logice ibi (Hic qdē igit̃ modus) Dic̄ ḡ. ꝙ (⁊ horum. n. qꝺ qd eſt neceſſe eſt mediū ꝙ qd eſt ⁊ ꝓprioꝝ ꝓpriū). q. d. qꝺ diffō nō demr̃at̃ niſi p diffinitionē. ⁊ ꝓpria diffinitio nō niſi p ꝓpriā diffinitionē. vt diffinitio dicens ꝓpriā eēntiā ⁊ demonſtrabit̃ p diffinitionē dicētē ꝓpriā cām eſſentie. Ad demōſtrādū ḡ aliquid de numero eorū que ſunt quod quid eſt. i. de numero diffinitionū erit mediū ipſum qꝺ quid eſt. ⁊ ad demr̃andū aliqd de numero ꝓprioꝝ. i. ꝓpriaꝝ diffinitionū erit mediū ꝓpriū. i. ꝓpria diffō (quare hoc quidem). i. diffō de numero eoꝝ q̄ erant qꝺ quid erat eſſe eiuſdē rei mediū (mōſtrabit̃). i. accipietur vt mediū ⁊ demōſtrabit (illud vero). i. alia diffō (non mōſtrabit). i. nō accipiet̃ vt mediū ⁊ nō demonſtrabit. vt diffinitio dicēs qd. q. d. ꝙ (eiuſdē rei) ſunt plures ꝙ qd erat eē. i. plures diffōnes ⁊ (hoꝝ taliū ꝙ quid erat eē) vl' haꝝ taliū diffinitionū qd eſt mediū. i. hec diffinitio tanq̄ꝫ medium monſtrabit vt diffinitio dicens ꝓpter qd. illud vero quod quid erat eē. ſiue illa alia diffō non monſtrabit vt diffinitio dicens quid. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Hic qdem igitur modus quod non vtiqꝫ ſit demōſtratio dictuꝫ eſt prius. Sed eſt logicus

ſillogiſmus

ſillogiſmus ipſius quod quid eſt.

Argir. ¶ Atq; hiſce modus non eſt demonſtratio ipſius quid eſt: vt antea diximus: ſed ratiocinatio ad differēdi modū accomodata.

¶ Oñdit ꝙ cū reduplicatione non ꝯcludiť diffinitio demōſtratiue ſ; logice. d. (Hic qdē igiť modus ꝙ non fit demonſtratio) illius diffōnis in eo ꝙ diffō (dictū eſt ꝑus) ꝓbatū.n. fuit ſupra ꝙ qđ qd eſt i eo quod quid eſt demonſtrari nō poſſit. ⁊ ſubdit (ſed ipſius quid eſt) ſiue ipſi⁹ qđ quid eſt ſu. ſm ꝙ huius (eſt). i. eſſe pōt (logicus ſill'ſ). q. d. ꝙ quid eſt in eo ꝙ huius pōt ſillogiꝣari logice. nō autē

A pōt ꝯcludi demſ̄atiue. ¶ Notādū aūt ꝙ ſillogiꝣari vere non pōt quod quid eſt in eo quod quid eſt ſine petitione principij. tñ logice ⁊ ꝓbabilr nō eſt incōueniēs hoc fieri. nam multi qdē per diffōnē diffiniti. vel ꝑ diffōnē diffinitionis ſm ꝓbationes tactas in via reduplicatiua. vel in via diffinitiua. vel ēt ꝑ diffōnē oppoſiti crederent ſillogiꝣatum eſſe quod qd eſt ſm ꝙ huius.

Quo aūt modo contingat dicemus dicentes iterum ex principio. ſicut enim propter qd querimus hñtes qz. aliqñ aūt ⁊ ſimul manifeſta ſūt: ſed non in aliquo prius ꝓpter qd poſſibile eſt cognoſcere q̃ꝫ qz. manifeſtum autē ſimiliter ⁊ quod quid erat eſſe non ſine quia eſt. impoſſibile enim ſcire quid eſt ignorantes ſi eſt.

Argir: ¶ Quo autem modo fieri poteſt vt quid eſt eliciatur ex demonſtratione deinceps dicamus oportet. Hic rurſus initio ſumpto: nā vt querimus propter quid eſt prius habentes eſſe. Interdū vero ⁊ ſimul nota nobis hec ſiunt: ſ; nunq̃ꝫ fieri poteſt: vt antea cognoſcamus cur eſt: q̃ꝫ percipiamus eſſe: ſic pari ratione neq; quid eſt querere atq; cognoſcere poſſumus ſine perceptione ipſius eſſe. Fieri enim nequit vt quid eſt vnq̃ꝫ ſciamus: ſi ignoremus ſi eſt.

B ¶ Hic vt dicebať exequiť ſerioſe de intēto: v;. qūo quod quid eſt ſe habeat ad demōſtrationē. ¶ Propter qđ ſciēdū ꝙ qđ quid eſt. eſt mediū in demōſtratione. ⁊ eſt id qđ ꝑ diffōnē exprimitur. ⁊ eſt id qđ importat cām. non ergo poſſumus plene ſcire. qūo quod quid eſt ſe habeat ad demonſtrationē. niſi ſciuerimus quomodo ipm quod quid eſt ⁊ ipſum mediū ſe habeāt ad demōſtrationē. ⁊ niſi ſciuerimus qūo diffōnes ſe habeāt ad demſ̄ationē. ⁊ qūo gña cauſaꝝ ſe hēant ad demōſtrationē. Tria ergo facit. qz ꝑmo oñdit qūo quod quid eſt vt eſt mediū ſe habeat ad demſ̄ationē. 2° declarat qūo diffō ſe habeat ad demōſtrationē. 3° declarat qūo ꝑ diuerſa genera cāꝝ contingit demſ̄are. ſcđa ibi (Eſt aūt quorūdā qdē) tertia ibi. (Quē aūt ſcire opinamur) Circa ꝑmū tria facit. qz ꝑmo oſtēdit qūo quod quid eſt ⁊ mediū ſe habeant ad demonſtrationē. 2° qđ dixerat exponit in terminis. 3° epilogat circa determinata. ſcđa ibi (Quorum igitur habemus) tertia ibi (Siqdē igiť accipitur) vel vt h; alia tranſlatio (Quo quidem accipiť) Circa ꝑmū tria facit. qz ꝑ̄ cōparat ipſuꝫ ꝓp quid ad ipſuꝫ qz eſt. ⁊ ſi eſt ad qd eſt. ſcđo declarat quod dixerat. 3° ex his que dixerat oñdit intentū. v;. qūo quod

B quid eſt ſe h; ad demſ̄ationē qz eadē via demſ̄atiua ſcimus qđ qd eſt. ⁊ qz eſt. ſcđa ibi (Hoc aūt ſi eſt aliqñ) tertia ibi (Sed q̃cūq; qdē ſm accñs.) Dicit ḡ (Quo aūt mō ꝯtingat) ſu. via demſ̄atiua hēre qđ qd eſt (dicemus iterum ex ꝑncipio). q. d. prius executi ſumus de hoc opponēdo. poſtea iterū ſpeculati ſumus hoc diſtiguēdo oñdētes ꝙ ſm ꝯnē ſimplicē pōt demſ̄atiue ꝯcludi qđ qd eſt ſm aūt ꝯnem reduplicatiuam non pōt cōcludi qđ qd eſt. ſm ꝙ huius demonſtratiue ⁊ vere. ſed ſolū ꝓbabilr ⁊ logice. nunc aūt iterum tertio volumus de qđ qd eſt exequi q̄ſi ex principio ſerioſe circa ipſam veritatē determinando. qūo ad demōſtrationē ſe habeat. ſiue accipiať vt mediū. ſiue vt diffō. ſiue vt cā. qđ vt ſiat. primo cōparat qđ quid eſt. ad ipſuꝫ qz eſt. ⁊ qd eſt ad ſi eſt dicēs. ꝙ (ſicut. n. ꝓp qd q̄rimus hñtes qz). q. d. ꝙ aliqñ ꝯtingit ꝙ prius ſcim⁹ qz ⁊ poſtea querim⁹ ꝓpter qd (aliqñ manifeſta ſunt ſimul) ſu. qz ⁊ ꝓpter qd. ⁊ ſubdit (ſ; neq; pri⁹ poſſe eſt cognoſcere ꝓpter qd' q̃ꝫ qz). q. d. ꝙ poſſumus ſcire qz priuſq̃ꝫ ꝓp quid. ⁊ poſſumus ſcire ſimul qz ⁊ propter qd. ſed ꝙ pri⁹ ſciamus ꝓpter qd. q̃ꝫ qz eſt impoſſibile. ⁊ ſubdit. ꝙ (manifeſtū eſt ſimiliter ⁊ qđ quid erat eſſe. nō eſt) ſup. cognoſcere (ſine qz eſt). i. ſine ſi eſt. qz (ipoſſibile eſt eni ſcire qd eſt ignorantes ſi eſt). q. d. ꝙ ſicut in ꝓ̄ōnibus cōpoſitis ſe h; ꝓpter quid ad quia ꝙ non poſſumus ſcire ꝓpter qd eſt ignorātes qz eſt. ſic in ꝓ̄ōnibus ſimplicibus ſe h; qđ quid erat eſſe ſiue quid eſt ad ſi eſt. ꝙ nō poſſum⁹ ignorare ſi eſt ſcientes quid eſt. loquendo de quid rei. quod non eſt niſi entium ¶ Deinde cum dicit.

¶ Hoc aūt ſi eſt aliqñ qdē ſm accñs habemus aliqñ vero hñtes aliqd ipſi⁹ rei: vt tonitruum qm̄ ſonus qdē nubiū ē. ⁊ defectū: qm̄ priuatio qdā luminis. ⁊ hoiē quoddā aial eſt: ⁊ aiam numerum ſeipſum mouentem.

¶ Habemus aūt ſi eſt nōnunq̃ꝫ per accñs: nōnūq̃ꝫ aliqd habētes ipſius rei: veluti tonitruum eē ſcimus: hñtes ſonū quedā nubiū eſſe. Et defectionē: lucis eē quandā priuationem. Hominē itē quoddā animal eſſe. Et animā etiam id eſſe: quod ipſum ſe motu ciet. Argir.

